Maulbronn



A 24/ Maul
-1847/51-
Präsens

SWB ✓
BL ✓

Jan Kiel

DIEM NATALEM

GUILIELMI

VIRTEMBERGIAE REGIS AUGUSTISSIMI, CLEMENTISSIMI

ANTE DIEM V CALENDAS OCTOBRES MDCCCLI

PIE CELEBRANDUM INDICIT

GUIL. FRID. LUD. BAEUMLEIN,

SEMINARII MULIFONTANI EPHORUS.

Insunt:

1) Theses de natura ac vi accusativi cum infinitivo.
2) Comparatio eorum, quae de imperatoribus Galba et Othone relata legimus apud Tacitum, Plutarchum, Suetonium, Dionem Cassium, instituta cum ad illorum scriptorum indolem, tum ad fontium, ex quibus hauserint, rationem pernoscendam.

Auctore C. Chr. F. Hirzel, Seminarii illius professore.

3) Nachrichten über das Seminar Maulbronn mit einer Abhandlung über die Zweckmässigkeit der griechischen Compositionen von Ephorus Bäumlein.

STUTTGARTIAE,

EX TYPOGRAPHIA ZU GUTTENBERG.

1851.

SWB V

SWB V

Quum mihi sors obtigisset, ut, quum Guilielmi regis Virtembergiae clementissimi natalis pie celebraretur, abituros ad studia academica adolescentes, qui hoc quadriennio curae et disciplinae nostrae traditi erant, commentatione aliqua prosequerer, ex eo genere litterarum, quod mihi tractandum fuerat, constitueram deligere aliquid, quod ad latinam grammaticam pertineret. In explicanda autem hac quaestione grammatica ita versari in animo erat, ut, si quid ad eam lucis afferri posset ex historia et ratione linguae cum graecae tum germanicae earumque linguarum, quae a latina ductae „romanae“ nunc vocantur, ad id potissimum animum adverterem. In hoc enim genere litterarum ut aliquid studii ponerem, non modo pridem animus et voluntas, sed etiam recentiori tempore muneris officium perpulerat. Non deesse autem in latina grammatica, quae aut acutius investigari, aut planius illustrari, aut uberius explicari possint comparatione aliarum linguarum, nostra quidem aetate nemo est, qui infitias eat; ego autem in legendis scriptoribus romanis plurima deprehendi et notavi, in quibus interpretum sententiae et grammaticorum praecepta non modo non sufficerent, sed etiam acquiescere viderentur in placitis, tanquam exploratis et omni dubitatione exemtis, quae mihi quidem parum probarentur. Ut enim omittam difficilem illam eandemque nostra aetate maxime exagitatam et ad genus latinum translatam quaestionem de ipsa ratione, praecepta syntactica grammaticae disponendi, in quo quum alii orsi a singulari cujusque linguae natura formas grammaticae latinae proprias in principio ponant ad easque praecepta syntactica referant, alii, omnium ubique linguarum easdem omnino esse leges rati, simplicissimas orationis contextae formas caput esse contendant, quibus propria singularum linguarum dicendi genera et species subjungantur: ut igitur hanc quaestionem omittam, multa desideravi in tractanda ratione particularum interrogandi, in constituenda natura casuum, temporum, in definiendo ordine, quo tempora se inter se excipiant, denique in explicanda ratione et usu modorum. Hoc loco constructionem illam commemoro accusativi cum infinitivo. Quae quanquam etiam in aliis linguis locum habet, tamen in latina latius patet et certioribus regulis est adstricta; de qua quum pluribus abhinc annis, data occasione, cogitare, quae possem, comparare, initium et originem explorare, rationem usus in latina lingua pervagati exquirere et circumscribere coepissem: quae mihi viderentur ea collecturo et in ordinem redacturo, felici aut infelici casu evenit, ut inciderem in scriptionem viri doctissimi Blumii, qui nunc praeest Gymnasio Veseliensi, allatam mihi cum fasciculo programmatum Borussicorum anni 1850. [1]) Quem libellum, quum

1) Aphoristische Beiträge zur Latein. Grammatik, 2. Heft. Ueber den Accusat. c. Infinit. vornehmlich im Lateinischen von Direktor Blume. Programm von Wesel 1850.

cupidissime evolvissem, statim mihi persuasi meam operam in hac quaestione explicanda post Blumii disputationem inutilem fore. Quas enim de hac quaestione in medium prolaturus eram sententias, eae mirum in modum consentiebant cum iis, quae Blumio probari videbam. Praeterea vir ille doctus eadem fere via ac ratione, adhibita graecae et germanicae linguae antiquiorum temporum itemque romanarum, quae dicuntur, linguarum comparatione, ad finem eundem pervenerat. Itaque statim sepositis his studiis, ad aliud decurri, quod commentationi meae subjicerem, de quo, priusquam verba faciam, videor tamen meo quodam jure proferre sententiam meam de accusativi cum infinitivo vi et natura, quam his fere verbis complectar:

1) Constructio accusativi cum infinitivo neque latinae neque graecae linguae est propria.

2) Reperitur eadem apud Germanos a) frequentissime in lingua gothica b) reperitur non raro in lingua antiqua Germaniae superioris c) reperiuntur passim exempla in lingua media, quae dicitur, Germaniae superioris d) nec omnino desunt exempla in lingua germanica, qualis recentiori aetate est comparata. [1])

3) Reperitur eadem constructio frequentissime in monumentis linguarum Europae septentrionalium. [2])

4) Reperitur eadem in lingua litthuana.

5) In monumentis antiquioris et recentioris linguae francogallicae; exempla ejusdem constructionis ne in novissima quidem francogallicae linguae conformatione desunt. [3])

6) Efficitur inde, ut natura et vis hujus constructionis non singulari et propria cujusdam linguae conformatione et indole contineatur, sed fundamento nitatur humanae mentis natura, quae eadem est in omnibus et regionibus et populis et linguis.

7) Accusativo cum infinitivo exprimi potest ea pars enunciati, quae aut a sensu sive corporis sive animi, aut a sensus aliqua significatione pendet. Ad eandem exprimendam oratio etiam aliis modis utitur, aut singulis verbis, ut substantivo, infinitivo, aut singulis enunciatis, quae particulis adjunguntur, ut apud latinos quod, ut, ne, quo, quin, quo minus, num, ne, pronominibus relativis cet.

8) Constructio haec ita mutari potest, ut pro accusativo ponatur nominativus cum infinitivo, vel alius casus et pro infinitivo aut participium, aut pars nova orationis, quae adjungatur particula aliqua vel relativo pronomine. [4])

---

1) Exempla petas licet a Grimm, Deutſche Grammatik IV. p. 114 seq. Si vero Grimmius sententias quales sunt: bat ihn nehmen, fürchtete es entgelten, machte ihn ſehen, ließ ihn kommen, heißt mich eilen, hört den Wind blaſen, fühlt die Wunde brennen, negat esse adnumerandas constructioni accusativi cum infinitivo, nos in hoc longe aliter sentimus; haec enim ipsa exempla optime explanant illam constructionem, quae leviter intuentibus mira videatur. cfr. Blume l. l. p. 6.

2) Cfr. Grimm. l. l. p. 121. Das häufige Vorkommen dieſer Conſtruction in der Edda bürgt dafür, daß ſie der deutſchen Sprache angemeſſen und nicht erſt den fremden Texten abgeborgt iſt.

3) Cfr. Diez, Grammatik der romaniſchen Sprachen. 3. p. 224, ubi exempla exstant ex lingua provinciali, franco-gallica antiquiori, ex Rabelais, Montaigne, denique ex usu novissimo linguae francogallicae.

4) Eadem fere sententia exprimitur dicendo: video pueros ludere, quae dicendo: video puerorum lusum, vel pueros ludentes, vel video, ut pueri ludant, vel quomodo, vel quid ludant, vel manifestum est mihi pueros ludere, vel videntur (mihi) pueri ludere. In quo equidem non negaverim, in variis his dicendi formulis esse suam cuique vim et significationem, qua, si acutius investigaris, alia ab alia differat.

9) Itaque non mirum, quod enunciatum illud accusativo cum infinitivo expressum modo loco subjecti sit, modo loco objecti, quanquam primus et ordinarius usus hujus constructionis is est, ut sit loco objecti. [1])

10) Hac enim de causa invaluit usus et accusativi, qui casus est omnino et simpliciter casus objecti, et infinitivi, qui modus omnino et simpliciter notionem verbi reddit.

11) Accusativo (vel nominat., genit., dat.) cum infinitivo duae enunciati partes, quae antea intervallo quodam distinebantur, in unum corpus coalescunt. [2]) Accusativus autem et infinitivus eodem plane loco sunt; ut non alter ab altero pendeat, sed uterque ejusdem plane dignitatis [3]) pendeat ab alia parte enunciati, quae sensum exprimit aut sensus aliquam significationem. Ita comitatur aut accusativus infinitivo, si potior est ea res, quae infinitivo exprimitur — qualia sunt enunciata: nescire se dixit, facturum se promisit, in quibus majoris momenti esse infinitivum inde etiam adparet, quod accusativus etiam omittitur — aut comitatur infinitivus accusativo, si potior est ea res, quae accusativo exprimitur — qualia sunt enunciata: audio te venire, sensit dolorem crescere, vidit stellas micare, quibus enunciatis si infinitivum omittas non multo mutetur sententia. Saepissime autem fit, ut difficile sit ad judicandum, uter sit potior accusativus an infinitivus, ut si dicam: video solem obscurari; quod ubi fit, utriusque par est et dignitas et necessitas.

12) Latina lingua in usurpanda hac constructione, quo tempore oratio est elegantissima et perfectissima, hanc sequitur normam: ut quamque rem facillime amplectitur et quasi suam reddit sensus aut sensus significatio, ita facillime illa accusativi cum infinitivi formam induit: atqui facillime illud fit in verbis declarandi et sentiendi, minus facile in verbis cupiendi, postulandi, orandi, movendi, difficillime in verbis imperandi et decernendi, nullo modo in verbis efficiendi. Quaecunque enim sentiuntur, declarantur ea in sua quisque habet potestate, quaecunque cupiuntur, expetuntur, aut postulando, aut rogando, aut impellendo, aut jubendo, ea ab aliorum arbitrio

---

1) In eo maxime offenderunt grammatici, quod videbatur interdum accusativus cum infinitivo usurpari loco subjecti ut' quum dicitur: constat terram rotundam esse. Sed facillima mutatione: scimus terram rotundam esse, quod videbatur esse subjectum, fit objectum; quare ab illa distinctione omnino discessimus totamque rem latius exprimere studuimus. Concedimus quidem, primum hujus usus initium fuisse, ut accusativus c. infinit. transferretur ad eas orationis partes, quae loco objecti essent, quae est propria accusativi significatio; deinde vero, postquam haec dicendi forma latissime patuit eadem translata est ad eas partes, quae naturam subjecti induissent. Temporis enim decursu formula accusativi cum infinitivo ita est pervulgata et consuetudine orationis communis accusat. c. infinit. in unum quasi corpus coaluit, ut obliterato usu recto et ordinario accusativi, formula illa etiam tum locum haberet, quum accusativi alias nullus esset usus. Cfr., formulas mirum quantum, incredibile quam, nescio quomodo cet. quae in adverbiorum usum plane transierunt. Ceterum de usu graecae linguae accus. c. infinit. etiam tum jungendi, quum alius casus est componendus c. inf. cfr. Rost gr. Gramm. §. 128. Anm. 2.

2) Quare virgula illa, quae in libris solet interponi inter accusat. c. infinit. et eam enunciati partem, ex qua ille pendet, plane est tollenda. Roſt, Griech. Grammat. §. 126. Erläuter. 1. Blume l. l. p. 7.

3) Aequalis haec dignitas accusativi et infinitivi illustratur quodammodo exemplis qualia sunt in genitivo: illius aeternitatis imitandi tusc. V, 25, exemplorum eligendi potestas de invent. II, 2, 5, facultas agrorum condonandi phil. 5, 3, 6. Varro de re rust. II, 1, 3: principium fuit generandi animalium, cfr. Klotz ad l. l. tuscul. quaest. Eadem aequalitas certissime apparet in graeco dicendi genere: τὸν θάνατον ἡγοῦνται, ὅτι κακόν ἐστιν; pro κακὸν εἶναι, ὑμᾶς οἶδα ὅτι ἐξήλθετε cfr. Roſt, Griech. Grammat. 1836, §. 126, 1. u. 122, 8.

pendent, quae vero efficiuntur, in iis transitur a causa efficiente ad rem plane alienam, quam utrum in potestate habeas nec ne nihil interest.

Haec ego de natura et vi accusativi cum infinitivo variis temporibus, ut occasio offerretur, collecta composui; quae quanquam aliquanto latius patent, quam quae Blumius l. l. explicavit, tamen tam mire consentiunt cum eo, quod caput est illius commentationis, ut longius ea persequi, argumenta et exempla plura afferre supersedeam.

Ita coactus ad aliam rem tractandam descendere, quum hieme praeterlapsa Taciti historias essem interpretatus, comparare constitui, quae de imperatoribus Galba et Othone [1]) relata legimus apud scriptores antiquitatis Tacitum, Suetonium, Plutarchum, Dionem Cassium, experiri cupiens, si quid ex hac comparatione cum ad dijudicandam naturam et indolem horum scriptorum, tum ad eruendos fontes, quibus quisque esset usus, eamque, quae inter hos ipsos intercederet, rationem, posset redundare.

Ac primum quidem de imperatore Galba comparavimus Tacit. hist. I. 5—49, in quibus nonnulla c. 21—28, c. 36—38, c. 47, ad Othonem quoque pertinent, Suetonii et Plutarchi vitas Galbae, Cassii Dionis libr. 64, c. 1—6. excerptum a Xiphilino.

Ordinem *Tacitus* in rebus referendis hunc sequitur, ut c. 4—11 narret, qualis fuerit status urbis, quae mens exercituum, quis habitus provinciarum, quo tempore Galba rerum potitus est, deinde quibus auspiciis Galba sit urbem ingressus, quae initia fuerint imperii, quorum consilio potissimum sit usus, c. 12—20, nuncio de seditione germanicarum legionum allato Pisonem a Galba adoptatum, c. 21—28, Othonem spe sua dejectum conjurasse contra Galbam et castra praetorianorum ingressum esse, c. 29—35, Galbam ad rumorem ejus rei trepidum cum suis consultasse, militum animos tentasse, c. 36—44. Othonem habita oratione praetorianos in Galbam immisisse, eoque cum suis trucidato imperatorem a militibus et a senatu consalutatum omnibusque honoribus esse ornatum (c. 45. 46.). C. 47—49 de vita et moribus Galbae et amicorum ejus nonnulla adduntur.

Suetonius more suo c. 1—3 praefatur de familia et nomine imperatoris Galbae, c. 4—9, de natalibus, pueritia, auspiciis, studiis, honoribus Galbae, antequam imperator est consalutatus, refert, deinde c. 10—13 quomodo imperator sit factus et quibus auspiciis, qua opinione vulgi urbem sit ingressus, c. 14—16 brevi omnium ordinum invidia flagrantem (c. 17.) Pisonem allata seditione germanica adoptasse, deinde c. 18—20 ab Othone „post magna et assidua monstra“ occisum. C. 21—23 de corporis habitu et vitae consuetudine quaedam adjunguntur.

Plutarchus c. 1 et 2 praemittit pauca de militum licentia et seditionibus, c. 3 breviter attingit familiam Galbae et legationem Hispanicam, deinde c. 5—7 quomodo cum Vindice a Nerone desciverit, c. 8—10 narrat Nymphidii consilia, Virginii modestiam, c. 11. 12 Vinii ingenium et crescentem potentiam, c. 13. 14 Nymphidii interitum, c. 15—18 introitum Galbae in urbem et qualem se praebuerit in Neronianos et praetorianos, c. 19—21. Othonis ingenium, spem, c. 22 Germaniae legionum Vitelliique seditionem, c. 23 Pisonis adoptionem, c. 24 seditiosa Othonis consilia, insidias, c. 25 imperatoriam dignitatem ab eo occupatam, c. 26 et 27 Galbae trepidationem et caedem ejus cum amicis, c. 28 Othonis honores a senatu decretos, occisorum funus, c. 29 Galbae ingenium describit.

---

1) Comparationem Vitellii, quam addere statueram, quum neque tempus neque spatium sufficeret, praetermisi.

Apud Xiphilinum libr. 64, 1 inveniuntur primo nonnulla de ominibus, c. 2 et 3 memorantur quaedam de ingenio Galbae, introitu in urbem, initio imperii, Neronianorum poenis, c. 4—6 exitus ejus narratur. C. 4 defectionem Germaniae et Vitellii, c. 5 adoptionem Pisonis et Othonis seditionem, c. 6 caedem Galbae breviter refert.

Luculenter adparet ex his singulorum scribendi ratio atque consilium. Quum enim Suetonius majorem partem narrationis c. 1—9, c. 21—23 in eo consumat, ut ea quae ad vitam resque *privatas* Galbae pertinent, copiose exponat, minorem operae partem in eo collocet (c. 10—20), ut Galbae *imperatoris* fortunam et exitum perscribat, facile intelligitur scripsisse Suetonium vitam, non historiam. Etiam in imperatoris Galbae fortuna et exitu narrandis sic versatur Suetonius, ut singula quaedam consectetur, quae legentium studia excitent et teneant, ut quae de prodigiis c. 10 et 18, de avaritia imbecillitate invidia Galbae c. 12. 13. 14—16 referuntur. Studiose ibi singula dicta, facta, rumores, quae novi et curiosi aliquid habeant, colliguntur. Contra quae maxime attingunt publicam imperatoris vitam, ut adoptio Pisonis (de qua apud Tacitum c. 12—20), caedes Galbae (quam Tacitus c. 29—44 narrat) singulis cc. 17. 19 transiguntur.

Alia est ratio, aliud consilium Taciti, qui historias imperii romani arte ita scripturus, ut (I, 4.) non modo casus eventusque rerum, sed ratio etiam causaeque noscerentur, orditur non a rebus privatis et familiae stemmate, sed a statu imperii romani c. 4—11, de Galbae ingenio, vita privata, fortuna ante dignitatem imperatoriam pauca sed gravissima c. 49 addit, contra totam ejus vitam publicam prolixe exponit et ita quidem, ut non minus quam Suetonius dicta singula curiose conquirat, quae ad illustrandas res gestas, ingenia moresque hominum aliquid momenti habeant. Denique Tacitus narrationi suae tres orationes inserit, unam Galbae c. 15. 16, quum Pisonem adoptaret, alteram Pisonis c. 29 et 30, quum cohortem, quae in palatio stationem agebat, alloqueretur, tertiam Othonis c. 37 et 38, qua praetorianos in castris accendit.

Similem ac Tacitus rationem secutus videtur Dio Cassius secundum excerpta a Xiphilino, qui historiam rerum romanarum et ipse scripturus in Galba memorando omnia refert ad publicam ejus imperatoris vitam, de vita ejus privata, de ingenio ejus, nisi quatenus pertinet ad res publicas, de nomine, familia cet. nullam mentionem facit.

Denique ad hoc genus historicorum referendus videtur etiam Plutarchus. Hic enim de privatis Galbae rebus, de magistratibus, quos gessit ante imperium occupatum, uno tantum c. 3 nonnulla affert, praeterea in fine de ingenio et moribus Galbae c. 29 aliquid addit. Tota reliqua pars orationis habet Galbae defectionem c. 4. 7. 10. 11. 12, quaecunque ad eam pertinentia et in Hispania et in Germania et Romae (c. 8. 9. 13. 14) gerebantur, deinde Galbae Romam ingressi imperium (c. 15—18) et ingenium, tum Vitellii c. 22, praeterea Othonis seditionem c. 19—21 et consilia, denique post Pisonis adoptionem c. 23 caedem Galbae et amicorum c. 24—28, quae tota ratio, si praetermittimus ea, quae de Nymphidio et rebus in Hispania gestis dicta sunt, [1]) cum Taciti ratione mire congruit. Quanquam enim Plutarchus ipse Galb. 2. fin. scriptionem suam ad Caesarum ἔργα καὶ πάθη pertinentem distinguit ab historia rerum contexta et ἱστορίας πραγματικῆς esse dicit, res gestas accurate nuntiare, tamen addit: ὅσα ἄξια λόγου τοῖς τῶν καισάρων ἔργοις

1) Ceterum ne ea quidem apud Tacitum defuisse verisimile est; sine dubio inveniebantur ea in annalium libro ultimo, qui finem Neronis narrabat, nunc quidem deperdito.

καὶ πάθεσι συμπέπτωκεν, οὐδ' ἐμοὶ προσήκει παρελθεῖν. Praeterea constat, quae apud Plut. supersint vitae Caesarum Galbae et Othonis, non recte ordini vitarum parallelarum adscribi, sed fragmenta esse operis, quo etiam aliorum imperatorum vitae continebantur.[1]) Has quidem vitas historiam aetatis Caesarum contextam exhibuisse conjicere licet cum ex ea ratione, qua in Galbae vita delegamur ad priorem,[2]) tum ex ea, qua Othonis vita continuo et uno tenore[3]) adjungitur Galbae (cfr. Oth. c. 1.) ipsiusque Othonis ingenium et prior vita fortunaque inseritur vitae Galbianae. His argumentis satis probatur longe aliam esse indolem harum Plutarchi vitarum quam Suetonii, et Plutarchum toto consilio operis multo propius accedere ad Tacitum, quam ad Suetonium.

His de ordine et consilio scriptorum in referendis rebus expositis, ad singula comparanda transeamus. Simplicissima autem et brevissima videtur esse via, si a tenuissimis et angustissimis pergimus ad majora et ampliora. Igitur initium fiat a Cassio Dione. Omina illa, quae apud Dionem c. 1. primo loco sunt, omnia apud Suetonium quanquam non ita conjuncta, sed diversis locis inveniuntur; scilicet illud Tiberii praesagium, quod quidem Suetonius Augusto tribuit, Tacitus vero Ann. VI, 20. item Tiberio, somnium illud de fortuna extra domum expectante, mulae partum Suetonius c. 4 affert, cetera de navibus (apud Suet. navi) armis onustis et sine rectore ad Hispaniam adpulsis, de subita pueri canitie Suetonius habet c. 8 et 10.

Interpretatio quidem apud utrumque congruit in pueri canitie, in ceteris aut a Dione omittitur, aut a Suetonio longe copiosius enarratur, a quo praeterea alia omina et prodigia memorantur. Passim etiam verba congruunt, ut ex his apparet:

Dio. c. 1. τὴν τύχην ἔδοξεν αὐτῷ λέγειν, ὅτι χρόνον ἤδη συχνὸν αὐτῷ παραμένει καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν εἰσδέχοιτο, καὶ δὴ ἐὰν ἐπὶ πλεῖον εἰρχθῇ πρὸς ἕτερόν τινα μεταστήσεται.	Sueton. c. 4. somniavit fortunam dicentem stare se ante fores defessam et *nisi ocius reciperetur, cuicunque obvio praedae futuram.*
πλοῖα ὅπλων μεστὰ πρὸς Ἰβηρίαν ὑπ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας αὐτόματα, μηδενὸς ἀνθρώπων ἄγοντος αὐτά, προσωρμίσθη.	c. 10. navis Dertosam adpulit, *armis onusta, sine gubernatore, sine nauta,* sine rectore ullo.
οἱ μάντεις τὴν τῆ νεωτέρᾳ ἀρχὴν πρὸς τὸ γῆρας αὐτῆ μεταστήσεσθαι ἔφησαν.	c. 8. nec defuerunt, qui interpretarentur *successurum juveni senem.*

De his ominibus neque apud Tacitum neque apud Plutarchum, quanquam in enumerandis prodigiis nequaquam sunt incuriosi, quidquam occurrit.

Cap. 2 apud Dionem quaedam de ingenio Galbae habet, modestiam ejus laudat, avaritiam imbecillitatemque senis libertis obnoxii notat. De modestia et aequitate Galbae conferantur inter se: Plut. c. 3, ubi tenuis victus memoratur cultusque, c. 11 (μεγαλόφρων ἀνὴρ καὶ κρείττων ἀπειροκαλίας) et c. 13 (πρεσβύτην ἐπιεικῆ καὶ μέτριον) et Tacit. I, 49 (ipsi medium ingenium magis extra vitia quam cum virtutibus) Dio c. 2 (ἐξὸν τῆ τι δεινὸν ποιεῖν ὁ Γ. ἦν) Suet. c. 14 (quanquam multa documenta egregii principis daret). Priscam ejus severitatem in coërcenda militum

1) Cfr. Programm v. Schleusingen 1849, liter. histor. Skizze über Plutarch aus Chaeron. von Orban p. 8.
2) Galb. c. 2. Νυμφίδιος Σαβῖνος ὢν ἔπαρχος, ὥσπερ εἴρηται seq.
3) Oth. c. 1. ὁ δὲ νεώτερος αὐτοκράτωρ.

licentia locis nonnullis memorat Tacitus. c. 6 fin. c. 18 fin. c. 35 fin.; in quo vox ejus inclyta ab omnibus illis scriptoribus affertur: legi a se militem non emi Tacit. I, 5. Suet. c. 16. Plut. 18. Dio Cass. c. 3.

Plutarch. *ἀφῆκε φωνὴν ἡγεμόνι μεγάλῳ πρέπουσαν εἰπὼν εἰωθέναι καταλέγειν στρατιώτας, οὐκ ἀγοράζειν.*	Tacitus. vox *pro rep. honesta* ipsi anceps *legi a se militem non emi.*

Quae deinde Dio affert: *νομίζων οὐκ εἰληφέναι τὴν ἀρχὴν ἀλλὰ δεδόσθαι αὐτῷ*, affirmantur a Plut. c. 29 *οὐχ ἑαυτῷ τὰ πράγματα λαμβάνειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτὸν οἰόμενον διδόναι τοῖς πράγμασι.* cfr. c. 5 cum Suet. c. 10 qui cum Plutarcho narrat primo illum consalutatum imperatorem legatum se senatus ac populi romani confessum esse (*στρατηγὸς συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων ὀνομαζόμενος.* Plut.).

De divitiis Galbae cfr. Plut. c. 3 et c. 29, qui ibidem cum Sueton. c. 3 nobilitatem addit, et Tacit. I, 49 (magnae opes vetus nobilitas), de avaritia cfr. Sueton. c. 12. 16, Plut. c. 16. Suetonius imprimis plurima avaritiae argumenta affert, in quibus, quod Cano choraulae accidit etiam Plutarchus l. l. memorat iisdem fere verbis:

Plutarch. c. 16. *Κάνθ αὐλήσαντος ἐπαινέσας ἐκέλευσεν αὐτῷ κομισθῆναι τὸ γλωσσόκομον καὶ λαβὼν χρυσᾶς τινας ἐπέδωκε* seq.	Sueton. c. 12. Cano choraulae mire placenti denarios 5 donasse, prolatos manu sua e *peculiaribus loculis suis.*	Dio. c. 2. *ὥστε μηδὲ δραχμὰς ἔστιν οἷς ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι.*

differt Sueton. a Plutarcho in numis. Melius judicat Tacitus I., 18 et 49. suae pecuniae parcum eum fuisse contendens, publicae avarum.

De imbecillitate senis, libertis aliisque obnoxii Dio haec habet: *οἱ ἐξελεύθεροι πάμπολλα ἐπλημμέλων, ὥστε καὶ εἰς ἐκεῖνον αὐτὰ ἀναφέρεσθαι*, et paulo infra: *ὅτι ἐκείνοις ἀδικεῖν ἐπέτρεπεν ἢ ὅτι ἠγνόει τὰ γιγνόμενα, οὐ καλῶς ἦκεν.* Nomina et ingenia illorum, qui gratia principis abutebantur, Laconis, Vinii, Iceli inveniuntur Tacit. I., 6. 12. 13. 48. 49. Sueton. c. 14. c. 22, qui de paedagogis principis loquitur, Plut. c. 7. 12. 13. 29. De re ipsa omnes consentiunt, verbis utentes non iisdem quidem sed similibus.[1])

Quae deinde sequuntur Dionis sunt propria, quum dicat sufficere privato nihil injuste facere, at principem decere cavere, ne quid tale fiat. Neque magis exempla Nymphidii cujusdam et Capitonis apud quemquam alium inveniuntur.

Capite tertio Dio introitum narrat Galbae in urbem, quo importunos et seditiosos clamores (classiariorum) *δορυφόρων τῶν Νέρωνος*, severissime ultus sit, deinde constantiam laudat, qua praetorianis donativum negavit, denique quo consilio Tigellino veniam dederit quum ceteros Neronis ministros supplicio traderet, scilicet ne tumultuantis plebis clamoribus cedere videretur, tanquam *διανοίας ἀκμαζούσης* argumentum affert, qua imperatorem coactum aliquid facere indignum existimarit.

---

1) Tacitus 49. amicorum libertorum usque ad culpam ignarus, si mali forent. Suetonius: se abutendum permisit iis, regebatur ab iis seq. c. 14. Tacit. 6. senem — odio oneratum flagitiorum — contemtu inertiae destruebant. Plut. Ὀβίνιος (c. 13) *ἀνελεύθερον παρέχων τὸν ἡγεμόνα*, c. 29. *τοῖς ἀπελευθέροις παρέχων ἑαυτὸν* seq.

Tria haec etiam a Tacito, Suetonio, Plutarcho memorantur, sed ita, ut intempestivae severitatis, avaritiae, imbecillitatis, saevitiae in his factis aperte incusetur, constantiae laus aut nulla tribuatur, aut admodum minuatur.

Jam primum introitum illum in urbem memorat Tacit. I, 6. 37. Sueton c. 12; Plut. c. 15 autem rem accuratissime narrat singula ita persecutus, ut quanquam Dio falso *δορυφόρας Νέρωνος* affert qui erant classiarii (*ἐρέται* Plut.), tamen is re ipsa optime congruat cum Dione; adparet autem ex iis quae Plut. refert, tumultum quidem fuisse et ad vim etiam processisse classiarios, tamen cum incursantibus equitibus nemo resisteret caedem fuisse nimiam crudelem et supplicium, quum decimarentur, immodicum. Componantur verba Taciti et Plutarchi:

Plutarch. c. 15. *διεφθάρησαν, οὐ χρηστὸν οὐδ' αἴσιον ποιῆντες τῷ Γ. τὸν οἰωνὸν, εἰσιόντι διὰ πολλῶ φόνω καὶ νεκρῶν τοσούτων εἰς τὴν πόλιν — τότε πᾶσι φρικώδης καὶ φοβερὸς ἐγένετο.*

Tacit. I, 6. *introitus in urbem trucidatis tot milibus inermium militum infaustus omine* atque ipsis etiam qui occiderant *formidolosus.* c. 37 Otho in oratione *feralem* dicit introitum.

numerum trucidatorum Dio refert, *ἑπτακισχιλίας* fuisse tradens. Deinde componantur verba Dionis et Plutarchi:

Plutarch. ibid. *ἐκεῖνο δ' ὑπερτιθεμένω καὶ πάλιν εἰπεῖν κελεύσαντος, ἀρνήσεως σχῆμα τὴν ἀναβολὴν εἶναι φάσκοντες, ἠγανάκτων* seq. — *μὴ φειδόμενοι βοῆς.*

Dio. *καὶ ὅς τὰ μὲν πρῶτα ἀνεβάλετο, ὡς καὶ σκεψόμενος περὶ τούτω, ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο ἀλλ' ἐθορύβων, ἐφῆκέ σφισι τὸ στράτευμα* seq.

alia saevitiae exempla introitum ipsum antecedentia aut sequentia afferunt Suetonius c. 11 Tacit. c. 7 Plut. c. 15 caedem Fonteji Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, quibus addit Tacitus c. 6, Plutarchus c. 15, Cingonii Varronis et Petronii Turpiliani caedem similibus verbis usi:

Plutarchus. *ἔδοξε μὴ νομίμως μηδὲ δημοτικῶς ἀνῃρῆκέναι πρὸ κρίσεως ἄνδρας οὐκ ἀσήμους.*

Tacitus: *inauditi* atque *indefensi* tanquam *innocentes* perierant (Cingonius et Turpilianus).

Quod autem Galba praetorianis donativum negarit, laudari videtur a Dione, quum illam Galbae vocem se non emere milites hoc loco afferat, Tacitus vero, quanquam eandem vocem honestam dicit, intempestivam fuisse significat c. 6, quum aliter assuefactos illos milites dicit a Nerone et veterem disciplinam aspernantes, c. 18 autem aperte dicit nocuisse antiquum rigorem „cui jam pares non sumus.“ Eodem modo Suetonius c. 16, exacerbasse eum omnes dicit, quod ratum non haberet donativum promissum; item Plutarchus c. 18, *πυθομένοις τοῦτο δεινὸν εἰσῆλθε μῖσος καὶ ἄγριον πρὸς αὐτὸν.* Plutarchus etiam c. 2 pecuniam refert, quae promissa singulis militibus non numerabatur (7500 Drachmas singulis praetorianis, ceteris militibus singulis 1250), hanc ipsam esse dicens causam omnium illorum malorum *τὴν φιλοπλουτίαν καὶ ἀκολασίαν τῶ στρατιωτικῶ, δι' ἀλλήλων, ὥσπερ ἥλως, τὰς ἡγεμόνας ἐκκρούοντος· τοῦτο μὲν ἀπώλεσε Νέρωνα, μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Γάλβαν· τὸν μὲν γὰρ ὡς ληψόμενοι προήκαντο, τὸν δὲ μὴ λαμβάνοντες ἀπέκτειναν· εἶτα τὸν τοσοῦτον δώσοντα ζητοῦντες ἔφθησαν ἐν ταῖς ἀποστάσεσι καὶ προδοσίαις ἀναλώσαντες αὐτὸς ἢ τυχόντες ὧν ἤλπισαν.*

Galbam in Neronis ministros et satellites acerbius consuluisse, venia Tigellino data, memorant Tacit. I, 72. 49. 20. Plut. Galb. 17. Otho. 2. Sueton. 15. 20 neque tamen constantiae aut omnino laudi attribuunt Galbae, nisi etiam Tigellinus *διδάσκαλος καὶ παιδαγωγὸς τῆς τυραννίδος*

sit adjectus, populum non laudasse affirmantes. Quod autem Tigellino pepercerit Galba, Plutarchus et Tacitus T. Vinii potentia factum esse dicunt, et Plutarchus quidem T. Vinium ait a Tigellino pecunia esse corruptum, Tacitus pepercisse dicit Vinium praetexentem servatam a Tigellino filiam, Galbam etiam edicto populum Tigellini supplicium flagitantem increpuisse memorat cum Suetonio c. 15 (saevitiae populum edicto increpuit) Plutarchus c. 17 *ἐπεπλήχθη διαγράμματι ὁ δῆμος — φάσκοντος τῷ αὐτοκράτορος — μὴ τυραννικὴν ποιεῖν τὴν ἡγεμονίαν.*

Componantur autem verba scriptorum pluribus modis consentientia:

De Tigellino Plutarch. c. 17. *ὁ ποιήσας ἄξιον θανάτῳ Νέρωνα καὶ γενόμενον τοιοῦτον ἐγκαταλιπὼν καὶ προδοὺς·*	Tacit. I, 72. scelera exercuit *corrupto ad omne facinus Nerone* ac postremo ejusdem *desertor ac proditor.*

de populo supplicium Tigellini postulante:

Plutarch. c. 17. *ὁ δῆμος ἐκρότει καὶ ἐβόα οὐδενὸς οὕτω θεάματος ἀγασθεὶς, ὡς τῷ Τιγελλῖνον ἰδεῖν ἀπαγόμενον οὐδὲ παυσάμενος ἐν πᾶσι θεάτροις καὶ σταδίοις αἰτούμενος* seq.	Tacit. I, 72. concurrere e tota urbe in palatium et fora et ubi plurima vulgi licentia in *circum ac theatra effusi* seditiosis *vocibus obstrepere* (apud Othonem).

Exitus Tigellini apud Sinuessanas aquas populique exsultatio a Tacito I, 72 et Plutarcho Oth. 2 eadem fere ratione narratur.

Hic erit locus ea adjungendi, quae Galbam fecisse narrant Sueton. c. 15 Plut. c. 16 Tacit. I, 20 ad ea reip. restituenda, quae Nero [1]) immodica liberalitate profuderat, scenicis potissimum, musicis, aurigis [2]) plurima impertiendo. Iis omnibus exigendis, decuma parte liberalitatis apud quemque relicta, 30 (secundum Suetonium 50) equites praeposuit. Quum vero vix decumae illis superessent, quippe perditis et luxuriosis [3]) hominibus emtoresque, si quid illi vendidissent, reddere juberentur, magna inde exorta est perturbatio et invidia. Tacitus summam illam, quam Nero ita profuderat, accurate tradit: bis et vicies milies sestertium.

Dio Cassius c. 4—6 finem Galbae narrat, et c. 4 quidem defectionem Vitellii, c. 5 adoptionem Pisonis, seditionem Othonis, c. 6 mortem Galbae.

Et ea quidem, quae defectionem Vitellii in Germania et Gallia praecesserant, bellum a Vindice contra Neronem motum, Vindicis mortem, Virginii Rufi victoriam et modestiam, quum delatum sibi imperium accipere nollet, apud Dionem invenias L. 63, 22—24, accuratius exposita. Eadem sine dubio Tacitus in fine annalium, Plutarchus in vita Neronis narraverat. Quaedam etiam apud Suetonium, Nero c. 40 sqq., quanquam plurima desiderantur, invenias. — De superbia et ira Germanici exercitus, imperia detrectantis, de ignavia et debilitate Hordeonii Flacci Tacitus c. 8 et 9 et c. 51 et Plut. G. c. 18 eadem fere referunt. Operae pretium est, etiam verba componere:

Plutarch. c. 18. *οἱ τότε ὄντες περὶ τὴν Γερμανίαν μεγάλων μὲν ἀξιοῦντες αὑτοὺς διὰ τὴν μάχην — μηδενὸς δὲ τυγχάνοντες*	Tacit. 8. germani exercitus soliciti et irati *superbia recentis victoriae* et metu seq. c. 51. ferox praeda gloriaque exercitus prae-	Dion. *οἱ ἐν ταῖς Γερμανίαις στρατιῶται μηδεμίαν εὐεργεσίαν ὑπὸ τῷ Γ. εὑράμενοι ἐπὶ πλεῖον ἐφλέγμηναν.*

1) *Βουλόμενος τῆς περὶ τὰς δωρεὰς ἀμετρίας καὶ πολυτελείας τῷ Νέρωνος ἀποδεικνύναι μεγάλην μεταβολήν.* Plut. c. 16.

2) *Τοῖς περὶ σκηνὴν καὶ παλαίστραν* Plut. l. l. scenici ac xystici. Sueton.

3) *Ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἄνθρωποι.* Plut.

ἀπαρηγόρητοι τοῖς ἄρχουσιν ἦσαν· αὐτὸν δὲ τὸν Φλάκκον ὑπὸ συντόνου ποδάγρας ἀδύνατον ὄντα τῷ σώματι καὶ πραγμάτων ἄπειρον, ἐν ἀδενὶ λόγῳ τὸ παράπαν ἐποιοῦντο.

mia quam stipendia malebat. c. 9. *legatum Hordeonium Flaccum spernebat senecta ac debilitate pedum invalidum* sine constantia, sine auctoritate seq. Infirmitate retinentis ultro accendebantur.

De Vitellii origine, familia, patre eadem afferuntur a Tacito c. 9, Suetonio c. 2. 3 in vita Vitellii et Plut. c. 22. Accuratissime quidem hoc genus tractavit Suetonius, quod ex iis, quae supra diximus de ejus consilio scribendi, conjicere etiam licet. Componi possunt haec verba:

Plutarch. c. 22. Οὐϊτελλίου πατρός τε τιμητοῦ καὶ τρισυπάτου γενομένου καὶ Κλαυδίῳ καίσαρι τρόπον τινὰ συνάρξαντος.

Tacitus c. 9. Vitellius *censoris Vitellii* et *ter consulis filius.*

Suet. Vit. c. 2. pater cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit.

Ceterum ea, quae ad Vitellii personam et ejus suscepta pertinent, non hoc loco tractanda esse videntur.

Procedit Dio Cassius ad adoptionem Pisonis audita defectione Germanici exercitus factam. Hanc adoptionem Dio et Suetonius paucis lineis transigunt, Tacitus et Plutarchus, qui Othonis ingenium, mores, fortunam, spem copiosius exponunt, pluribus verbis et capitibus persequuntur. Plut. c. 19. 20. 21. 27 Tacit. I, 12—19. De ipso animo et consilio Galbae in eligendo successore habent nonnulla et Tacitus et Plutarchus, quae apte componantur. Postquam enim uterque de consiliis Vinii, Othonem, generum illius futurum, commendandi verba fecit, haec addunt:

Plutarch. c. 21. ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὲν ἦν δῆλος πρὸ τῆ ἰδίᾳ τὸ κοινὸν τιθέμενος καὶ ζητῶν οὐχ αὑτῷ θέσθαι τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ Ῥωμαίοις τὸν ὠφελιμώτατον·

Tacitus c. 13. credo et *reip. curam subisse* frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur.

de ipso Pisone similia sunt, quae quatuor illi referunt:

Plutarch. c. 23. Πείσωνα Κράσσῳ καὶ Κρητίωνος (?) ἔκγονον, νεανίαν ἐν τῇ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὐφυΐᾳ τὸ κόσμιον καὶ αὐστηρὸν ἐμφανέστατα ἔχοντα.

Tacit. c. 14. Piso M. Crasso et Scribonia genitus nobilis utrinque voltu habituque moris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur.

Sueton. c. 17. Pisonem nobilem egregiumque juvenem ac sibi olim probatissimum—apprehendit.

Dio. c. 5. Λούκιον Πίσωνα νεανίσκον εὐγενῆ ἐπιεικῆ φρόνιμον ἀπέδειξεν.

arcessitum esse Pisonem narrant Tacitus cum Plutarcho, repente apprehensum e media salutantium turba dicit Suetonius.

De ipsa die adoptionis, de Pisonis et militum habitu consentientia tadunt Tacitus et Plutarchus:

Plutarch. c. 23. ἀρξαμένου δὲ λέγειν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοσαυτάκις ἐβρόντησε καὶ κατήστραψε καὶ τοσοῦτος ὄμβρος καὶ ζόφος ἐξεχύθη, ὡς καταδηλον εἶναι μὴ προιέμενον μηδ' ἐπαινοῦν τὸ δαιμόνιον γινομένην οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν εἰσποίησιν.

Tacit. c. 18. IV. id. Jan. foedum *imbribus* diem *tonitrua* et *fulgura* ac *coelestes minae* ultra solitum turbaverant.

ἦν δὲ τὰ τῶν στρατιωτῶν ὕπαλα καὶ σκυθρωπά, μηδὲ τότε δωρεᾶς αὐτοῖς δοθείσης.

τῷ δὲ Πείσωνος οἱ παρόντες ἐθαύμασαν, τῇ τε φωνῇ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ προσώπῳ τὸ τηλικαύτην χάριν ἀνεμπλήκτως, οὐ μὴν ἀναισθήτως δεχόμενον.

per ceteros (milites) *moestitia ac silentium.* nec ullum orationi lenocinium addidit aut pretium. (Suet. c. 17. *ne tunc quidem donativi ulla mentione facta).*

Pisonem ferunt *nullum turbati* aut exsultantis *animi motum prodidisse.*

T. Vinium pro M. Othone fuisse, qui a „Vinio vidua filia, caelebs Otho" Plutarchus c. 21 et Tacit. c. 12 consentiunt.

De Othone eadem fere referunt Plut. Suet. Tacitus, amicum et luxuriae socium a Nerone, quum suspectus esset in Poppaea, in Lusitaniam sepositum, cum laude administrasse provinciam, primum Galbae se adjunxisse.

Plutarch. c. 19. ἦν δὲ Μ. Ὄθων τρυφῇ τε καὶ φιληδονίαις εὐθὺς ἐκ παίδων ἐν ὀλίγοις Ῥωμαίων διεφθαρμένος — ὁ Νέρων φίλῳ τῷ Ὄθωνι καὶ συμβιωτῇ διὰ τὴν ἀσωτίαν ἐχρῆτο — Ποππαίας ἦρα μὲν ὁ Νέρων, ἔτι δὲ αἰδούμενος τὴν ἑαυτῷ γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος, ὑφῆκε τὸν Ὄθωνα πειρῶντα τὴν Ποππαίαν — τὴν Ποππ. προμοιχεύσας τῷ Νέρωνι [1]) ἐκινδύνευσεν ἀποθανεῖν — ἐξεπέμφθη δὲ λυσιτανῶν στρατηγὸς ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν — καὶ παρέσχεν ἑαυτὸν οὐκ ἄχαριν, οὐδ' ἐπαχθῆ, τοῖς ὑπηκόοις· — ἀποσάντος δὲ Γάλβα πρῶτος αὐτὸς προσεχώρησε τῶν ἡγεμόνων.

Tacit. c. 13. Otho pueritiam incuriose adolescentiam petulanter egerat, *gratus Neroni aemulatione luxus.* eoque jam Poppaeam Sabinam principale scortum *ut apud conscium libidinum deposueret,* donec Octaviam uxorem amoliretur. mox suspectum in eadem Poppaea in *provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit.* Otho *comiter administrata provincia primus in partes transgressus* etc.

Suet. Otho c. 2. 3. a prima adolescentia prodigus et procax — *insinuatus Neroni summum* locum tenuit *congruentia morum* — Poppaeam Sabinam abductam marito *demandatamq. interim sibi* nuptiarum specie recepit — nec corrupisse contentus adeo dilexit, ut ne Neronem quidem rivalem aequo tulerit animo. [1]) *Sepositus* est *per causam legationis in Lusitaniam — provinciam administravit moderatione* et *continentia singulari* — c. 4. *conatibus Galbae primus accessit.*

In his saepius verba scriptorum inter se congruere vix est quod moneam. Ceterum Plutarchus inter omnes accuratissime plurimisque verbis rem persequitur. Comparentur praeterea de Othone:

Plutarch. c. 21. Γάλβας ἀκόλαστον εἰδὼς καὶ πολυτελῆ τὸν Ὄθωνα καὶ πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον.

c. 25. οὐ κατὰ τὴν τῆ σώματος μαλακίαν καὶ θηλύτητα τῆς ψυχῆς διατεθρυμμένος.

Tacit. 21. Multa exstimulabant luxuria etiam principi onerosa inopia vix privato toleranda.

Tacit. 22. *non erat Othonis mollis et corpori similis animus.*

Suet. c. 5. instigante etiam magnitudine aeris alieni.

Suet. Oth. c. 12. *tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit.*

Othonem instigatum esse praecipue a mathematicis tres illi uno consensu referunt:

---

1) Sequitur narratio, quae etiam apud Sueton. est, Neronem aliquando esse exclusum proforibus stantem etc.

Plutarch. c. 23. οὐδ' ἀπαγορεῦσαι εἴων οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες ὀεὶ μάντεις καὶ Χαλδαῖοι· εἰς τὰ μάλιστα Πτολεμαῖος ἰσχυριζόμενος τῷ προειπεῖν πολλάκις, ὡς οὐκ ἀποκτενεῖ Νέρων αὐτόν, ἀλλὰ τεθνήξεται πρότερος, αὐτὸς δὲ περιέσται, καὶ ἄρξει Ῥωμαίων· ἐκεῖνο γὰρ ἀληθὲς ἀποδείξας ἠξίου μηδὲ ταῦτα ἀπελπίζειν.

Tacit. 22. urgentibus etiam mathematicis, e quibus *Ptolemaeus*, Othoni in Hispania comes, *cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, persuaserat fore ut in imperium adsciscetur.*

Suet. Otho 4. Spem cepit ex affirmatione Seleuci mathematici, *qui quum eum olim superstitem Neroni fore spopondisset,* tunc ultro inopinatus advenerat, imperaturum quoque brevi repromittens.

discrepat aliquantulum Suetonius in nomine mathematici. Quibus autem potissimum artibus Otho milites corruperit, illi consentientes ita referunt:

Plutarch. c. 20. postquam alia curae et comitatis erga milites argumenta narravit haec addit: ὁσάκις τὸν Γάλβαν εἰστίατην παραφυλάττουσαν ἀεὶ σπείραν ἐδέκαζε χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων, οἷς τιμᾶν αὐτὸν ἐδόκει, καταπολιτευόμενος καὶ δημαγωγῶν τὸ στρατιωτικόν·

Tacit. 24. Maevius Pudens *quotiens Galba apud Othonem epularetur cohorti excubias agenti viritim centenos numos divisit:* quam velut publicam largitionem Otho *secretioribus apud singulos praemiis intendebat* adeo animosus corruptor, ut *Coccejo Proculo speculatori, de parte finium cum vicino ambigenti universum vicini agrum sua pecunia emtum dono dederit.*

Suet. Oth. 4. nullo officii aut ambitionis genere omisso *quoties coena principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat* nec eo *minus alium alia via militem demerebatur. Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti* adhibitus arbiter, *totum agrum redemit emancipavitque.*

quae de agro redemto Tacit. et Sueton. addunt apud Plutarchum non reperiuntur, praeterea corruptionem cohortis excubias agentis Tacitus non ipsi Othoni, sed Maevio Pudenti amico tribuit.

De ministris, quibus in praeparando scelere usus sit Otho, egregie consentiunt Tacitus et Plutarchus:

Plutarch. c. 24. ἐν δὲ τούτοις Ἰτούριος καὶ Βάρβιος ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος (οὕτω γὰρ καλοῦνται seq.) μεθ' ὧν Ὄθωνος ἀπελεύθερος Ὀνομαστὸς ἐπιφοιτῶν τὰς μὲν ἀργυρίῳ τὰς δὲ ἐλπίσι διέφθειρεν ἤδη σαθρὰς ὄντας καὶ δεομένας προφάσεως.

Tacit. c. 25. tum *e libertis Onomastum* futuro sceleri praefecit, a *quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veturium optionem eorundem* perductos, postquam vario sermone callidos audacesque cognovit *pretio et promissis onerat.*

Jam vero Dio posteriori parte capitis 5 paucis, Sueton. Galb. c. 19 et Oth. c. 6 de sacrificio Galbae et discessu Othonis in castra, ubi imperator est consalutatus, pluribus agunt verbis, item Plutarchus c. 24 sq. et Tacitus c. 27 et 28 eadem accuratissime et singula persequendo iisdem paene verbis tradunt. Suetonius etiam nova quaedam habet, quae apud alios non reperiuntur, de excusatione febris, de laxato calceo etc. Verba et Suetonii Dionisque et Taciti Plutarchique apposuimus:

Tacit. c. 27. *18mo cal. februar. sacrificanti* pro aede Apollinis Galbae *haruspex Umbricius*

Suet. c. 19. prius vero quam occideretur sacrificantem mane haruspex identidem monuit, caveret

Plutarch. c. 24. ἕκτῃ γὰρ, ἣν ἄγουσι Ῥωμαῖοι πρὸ δεκαοκτὼ καλανδῶν φεβρουαρίων ἐκείνῃ

Dio. c. 65. θυομένῳ δ' αὐτῷ μόνος (Ὄθων) τῶν βουλευτῶν παρέστη — ἐπεὶ γὰρ ὁ ἱεροσκόπης ἐπιβουλευ-

tristia exta et *instantes insidias* ac *domesticum hostem praedicit audiente Othone (nam proximus adstiterat)* nec multo *post libertus Onomastus nunciat exspectari eum ab architecto et redemptoribus; quae significatio* coëuntium jam militum et paratae conjurationis *convenerat. Otho* causam digressus requirentibus, cum *emi sibi praedia vetustate suspecta* eoque prius exploranda finxisset innixus liberto *per Tiberianam domum* in Velabrum inde *ad miliarium aureum* sub aedem Saturni *pergit. ibi 23 speculatores consalutatum imperatorem ac paucitate salutantium trepidum et sellae festinanter impositum strictis mucronibus rapiunt.*

c. 28. *Stationem in castris agebat Julius Martialis tribunus. is magnitudine subiti sceleris* an corrupta latius castra et exitium metuens praebuit plerisque suspicionem conscientiae. periculum non longe percussores abesse.

Suet. Oth. c. 6. Destinata die praemonitis consciis ut se in foro sub aede Saturni ad miliarium aureum operirentur mane Galbam salutavit; utque consuerat osculo exceptus etiam sacrificanti interfuit audivitque praedicta haruspicis. Deinde *liberto adesse architectos nunciante, quod signum convenerat,* quasi *venalem domum inspectum abscessit* proripuitque se postica parte palatii ad constitutum — tunc abditus muliebri sella in castra contendit — ac deficientibus lecticariis cum descendisset — a praesente comitatu imperator consalutatus inter faustas acclamationes strictosque gladios ad principia devenit, obvio quoque non aliter, ac si conscius et particeps foret, adhaerente.

ἑῴθεν εὐθὺς ὁ μὲν Γάλβας ἔθυεν ἐν Παλατίῳ τῶν φίλων παρόντων· ὁ δὲ Θύτης Ὀμβρίκιος ἅμα τῷ λαβεῖν εἰς τὰς χεῖρας τὸ ἱερεῖα τὰ σπλάχνα καὶ προσιδών, ὃ δι' αἰνιγμῶν, ἀλλ' ἄντικρυς, ἔφη, σημεῖα μεγάλης ταραχῆς καὶ μετὰ δόλου κίνδυνον ἐκ κεφαλῆς ἐπικείμενον τῷ αὐτοκράτορι· παρῆν γὰρ Ὄθων ὄπισθεν τοῦ Γάλβα. Ὀνομαστὸς δὲ ἀπελεύθερος, ἥκειν ἔφη καὶ περιμένειν αὐτῷ οἴκοι τοὺς ἀρχιτέκτονας· ἦν δὲ σύμβολον καιρὸς πρὸς ὃν ἔδει ἀπαντῆσαι τὸν Ὄθωνα τοῖς στρατιώταις· εἰπὼν οὖν ὅτι παλαιὸν ἐωνημένος οἰκίαν βέλεται τὰ ὕποπτα δεῖξαι τοῖς πωληταῖς ἀπῆλθε, καὶ διὰ τὴν Τιβερίου καλουμένην οἰκίαν καταβὰς, ἐβάδιζεν εἰς ἀγοράν, ἣ χρυσοῦς εἱστήκει κίων.

c. 25. ἐνταῦθα τοὺς πρώτους ἐκδεξαμένους αὐτὸν καὶ προσειπόντας αὐτοκράτορά φασι μὴ πλείους τριῶν καὶ εἴκοσι γενέσθαι διὸ — ἀπεδειλίασεν, οἱ δὲ παρόντες οὐκ εἴων, ἀλλὰ τοῖς ξίφεσι γυμνοῖς περιιόντες αὐτῷ τὸ φορεῖον ἐκέλευον αἴρεσθαι· τῶν δὲ χιλιάρχων ὁ τὴν φυλακὴν ἔχων τὸ στρατοπέδου, Μαρτιάλιος, ὥς φασι, μὴ συνειδὼς, ἐκπλαγεὶς δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καὶ φοβηθεὶς ἀφῆκεν εἰσελθεῖν. θήσεσθαι αὐτὸν ἔφη, κατέδραμεν εὐθὺς ὡς ἐπ' ἄλλο τι. p. 267.

Redit deinde apud Dionem oratio ad Galbam, quem, quum missis in castra legatis, ut flecterent militum animos, ad sacrificium in Capitolium [1]) processisset, in foro immissis militibus,

1) Confr. Plut. c. 26. ἐμβὰς ἐς τὸ φορεῖον ἐκκομίζεται τῷ τε Διὶ θῦσαι καὶ φανῆναι τοῖς πολίταις βελόμενος.

trucidatum esse refert, fortiter extrema passum et a Sempronio Denso solo defensum. Eadem uno capite absolvit Suetonius, simili brevitate usus. Ceterum Suetonius egressum e palatio post aliquam trepidationem ait non sacrificii causa, sed falsis rumoribus extractum, quasi Otho occisus esset. Suetonius et Dio pariter ac Tacitus et Plutarchus militem afferunt, qui a se occisum Othonem gloriaretur, vituperatum a Galba.

Contra et Tacitus c. 29—41 et Plutarchus c. 25—27 singula fere funesti illius diei momenta exigunt, Tacitus vero, quod supra diximus, etiam duas orationes inserit a Pisone et Othone habitas. Trepidationem Galbae his verbis describunt:

Plutarch. c. 26. *βουλομένῳ δὲ τῷ Γ. προελθεῖν καὶ Ὀβιννίῳ μὲν οὐκ ἐῶντος, Κέλσῳ δὲ καὶ Λάκωνος παρορμώντων καὶ σφοδρότερον τῷ Ὀβιννίῳ καταπτομένων θρᾶς διῆλθε πολὺς, ὡς ἀνῃρημένῳ τῷ Ὄθωνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ.*

c. 26. *μετὰ μικρὸν ὤφθη Ἰούλιος Ἀττίκιος τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις — γυμνῷ τῷ ξίφει προσφερόμενος καὶ βοῶν ἀνῃρηκέναι τὸν Καίσαρος πολέμιον· ὡσάμενος δὲ ἔδειξε τῷ Γάλβᾳ τὸ ξίφος ἡμαγμένον. ὁ δὲ βλέψας πρὸς αὐτὸν, τίς σε, εἶπεν, ἐκέλευσεν;*

Tacit. 33. repugnantem huic sententiae (sc. occurrendum esse discrimini) *Vinium Laco minaciter invasit* c. 34. nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit — vix egresso Pisone *vagus primus et incertus rumor etc.* c. 35. *obvius in palatio Julius Atticus speculatur cruentum gladium ostentans occisum a se Othonem exclamavit; et Galba commilito, inquit, quis jussit?*

Suet. c. 19. plerisque ut in castra pergeret suadentibus, nihil amplius, quam continere se statuit loricam tamen induit linteam — sed extractus falsis rumoribus seq. (sequitur narratio de milite qui a se occisum Othonem gloriatus, a Galba vituperatus est).

De trepidatione Galbae, postquam e palatio processit et castra ab Othone occupata esse comperit, haec simillima in Tacito et Plutarcho componantur:

Plutarch. c. 26. *οἷα δ' ἐν πλήθει τοσούτῳ τῶν μὲν ἀναχρέφειν, τῶν δὲ προιέναι, τῶν δὲ θαρρεῖν, τῶν δ' ἀπιστεῖν βοώντων, καὶ τῷ φορείῳ — δεῦρο κἀκεῖσε διαφερομένῳ ἐφαίνοντο — ἱππεῖς καὶ ὁπλῖται* seq.

Tacit. c. 39. *cum alii in palatium redire, alii capitolium petere,* plerique rostra occupanda *censerent,* plures etiam sententiis aliorum contradicerent. c. 40. *agebatur huc illuc Galba* vario turbae fluctuantis impulsu:

Ipsa caedes Galbae haec habet Plutarchi et Taciti inter se comparanda: uterque cum Dione quasi in spectaculo occisum ferunt.

Plut. c. 26. *τῶν πολλῶν δρόμος ἦν ἐπὶ τὰς στοὰς καὶ τὰ μετέωρα τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ θέαν καταλαμβανόντων.*

Tacit. c. 40. *completis undique basilicis et templis lugubri prospectu,* plebis attoniti vultus, conversae ad omnia aures.

Dio. c. 6. *πολλῶν μὲν βουλευτῶν πολλῶν δὲ δημοτῶν παρόντων — κατέκοψαν.*

atrocitatem facinoris Dio, Plutarchus, Tacitus, quanquam diversis locis, iisdem tamen verbis et sententiis significant:

Plut. c. 27. quo loco caput occisi hasta suffixum refert haec habet: *ἀναπήλαντα προεσβύτῃ πρόσωπον ἄρχοντός τε κοσμίου καὶ ἀρχιερέως καὶ ὑπάτου* seq.

Tacit. c. 40. milites romani quasi Pacorum solio depulsuri ac non *imperatorem suum inermem ac senem* trucidare pergerent rapidis equis irrumpunt seq.

Dio. c. 6. *ἐνταῦθα τὸν γέροντα, τὸν ὕπατον, τὸν ἀρχιερέα, τὸν Καίσαρα, τὸν αὐτοκράτορα — κατέκοψαν.* [1]

1) Ceterum cfr. Dio, 65, 20. ubi simili cum indignatione, similibusque verbis Dio in caede Vitellii versatur.

singula caedis momenta haec fere habent componenda: quomodo ad caedem accesserint:

Plutarch. c. 26. *Αἰτιλλίῳ δὲ Σερκέλλωνος εἰκόνα Γάλβα προσωδίσαντος — περιεκόντισαν.*

Tacit. c. 41. vexillarius comitatae Galbam cohortis (*Atilium Vergilionem* fuisse tradunt) dereptam Galbae *imaginem solo afflixit.*

quomodo caedem perpetrarint:

Plutarch. c. 27. *τὸν δὲ Γάλβαν ἀποκλινθέντος τῷ φορείῳ περὶ τὸν Κερτίου καλούμενον λάκκον ἐκκυλισθέντα τεθωρακισμένον ἔτυπτον ἐπιδραμόντες — πολλὰς μὲν οὖν ἔλαβε πληγὰς εἰς τὰ σκέλη καὶ τὰς βραχίονας.*

Tacit. c. 41. *juxta Curtium Lacum* trepidatione ferentium *Galba projectus e sella ac provolutus est — crura brachiaque, nam pectus tegebatur, foede laniavere* pleraque vulnera trunco jam corpori adjecta.

Suet. 20. *Jugulatus est ad lacum Curtii* et relictus ita uti erat seq.

Dio. c. 6. *τά τε ἄλλα τῷ σώματι αὐτοῦ ἐλυμήναντο καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψαντες — ἀνέπειραν* seq.

quid ultimum locutus sit Galba:

Plutarch. c. 27. *ὁ δὲ τὴν σφαγὴν προτείνας· Ἀρᾶτε εἶπεν εἰ τοῦτο τῷ δήμῳ Ῥωμαίων ἄμεινόν ἐστιν.*

Tacit. 41. extremam ejus vocem varie prodidere. alii suppliciter interrogasse, *quid mali meruisset paucos dies exsolvendo donativo deprecatum. plures obtulisse ultro percussoribus jugulum, agerent ac ferirent, si ita e rep. videretur.*

Suet. 20. Sunt, qui tradant proclamasse eum, quid agitis commilitones? ego vester sum et vos mei, *donativum etiam pollicitum.* plures autem prodiderunt *obtulisse ultro jugulum,* et *ut hoc agerent ac ferirent quando ita videretur hortatum.*

Dio. c. 6. *προκύψας ἐκ τοῦ δίφρου ἐτρώθη τοῦτο μόνον εἰπών, καὶ τί κακὸν ἐποίησα;*

de percussore haec sunt apud Plutarchum et Tacitum:

Plutarch. c. 27. *ἀπέσφαξε δ' αὐτὸν ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι Καμούριός τις ἐκ τοῦ πεντεκαιδεκάτου τάγματος, ἔνιοι δὲ Τερέντιον, — οἱ δ' Ἀρκάδιον ἰσορροῦσι.*

Tacit. c. 41. de percussore non satis constat. quidam Terentium evocatum, alii Lecanium: *crebrior fama Camurium quintae decimae legionis militem impresso gladio jugulum ejus hausisse tradidit.*

quomodo corpus et caput occisi ludibrio sit habitum, de eo nonnulla apud Tacitum, plurima et simillima apud Suetonium et Plutarchum reperiuntur:

Plut. c. 27. *Φάβιόν φασιν ἀποκόψαντα τὴν κεφαλὴν κομίζειν τῷ ἱματίῳ συλλαβόντα, διὰ τὴν ψιλότητα δυσπερίληπτον οὖσαν, ἔπειτα τῶν σὺν αὐτῷ κρύπτειν οὐκ ἐώντων, ἀλλ' ἐκφανῆ πᾶσι ποιεῖν τὴν ἀνδραγαθίαν περιπείραντα περὶ λόγχην καὶ ἀναπήλαντα — δρόμῳ χωρεῖν — κραδαίνοντα τὴν λόγχην αἵματι καταῤῥεομένην.*

Tacit. 44. praefixa contis capita gestabantur inter signa cohortium juxta aquilam legionis

c. 49. caput *per lixas calonesque suffixum laceratumque est.*

Suet. c. 20. gregarius *miles* a frumentatione rediens abjecto onere *caput* ei *amputavit* et *quoniam capillo prae calvitie arripere non poterat, in gremium abdidit, mox* inserto per os pollice *ad Othonem detulit.* Ille lixis *calonibusque donavit qui hasta suffixum non* sine *ludibrio circum castra portarunt* seq.

periisse Galbam a nemine defensum cum Suetonio Plutarchus miratur, Plutarchus vero cum Dione memorat cum laude Sempronium Densum imperatoris propugnatorem, a quo Tacitus Pisonem defensum esse refert:

Plutarch. c. 26. ἤμυνε δ' ἐδεὶς οὐδ' ὑπέστη πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς, ὃν μόνον ἥλιος ἐπεῖδεν ἐν μυριάσι τοσούτοις ἄξιον τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, Σεμπρώνιος Ἴνδικρος ἑκατοντάρχης, — τῷ νόμῳ βοηθῶν προέστη τῇ φορείᾳ — σπασάμενος τὸ ξίφος ἠμύνατο πολὺν χρόνον, ἕως — ἔπεσε.

Tacit. c. 43. *insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit.* centurio is — a Galba custodiae Pisonis additus *stricto pugione* occurrens armatis — Pisoni effugium dedit.

Suet. c. 20. illud *mirum admodum fuit, neque* praesentium *quenquam* opem *imperatori ferre* conatum et omnes, qui arcesserentur sprevisse nuncium.

Dio. c. 6. καὶ αὐτῷ Σεμπρώνιος Δῆνσος ἑκατοντάρχος ἐπαμύνας ἐς ὅσον ἠδυνήθη τέλος — ἀπεσφάγη· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνέγραψα, ὅτι ἀξιώτατός ἐστι μνημονεύεσθαι.

de vexillis germanicis fidem Galbae meliorem praestituris consentiunt quodammodo Tacitus et Suetonius:

Tacit. c. 31. *Germanica vexilla* diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et *placatis animis*, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos atque inde rursus longa navigatione *aegros impensiore cura Galba refovebat.*

Suet. c. 20. omnes sprevisse nuncium, excepta *germanicianorum vexillatione. Hi ob* recens meritum, quod *se aegros et invalidos magno opere fovisset* in *auxilium advolaverunt*, sed serius, itinere devio retardati seq.

denique de ambitione hominum gloriam ac praemia caedis affectantium eadem habet Tacitus, quae Plutarchus et Suetonius:

Plut. c. 27. πολλοὶ τότε τῇ φόνῳ μὴ συνεφαψάμενοι χεῖράς τε καὶ ξίφη καθαιμάσσοντες ἐπεδείκνυντο καὶ τὰς δωρεὰς ᾔτων βιβλία διδόντες τῷ Ὄθωνι εἴκοσι γᾶν καὶ ἑκατὸν εὑρέθησαν ὕστερον ἐκ τῶν γραμματείων, ἃς ὁ Οὐιτέλλιος ἀναζητήσας ἅπαντας ἀπέκτεινεν.

Tacit. c. 44. *certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant,* qui interfuerant, qui *vere,* qui *falso* ut pulcrum et memorabile facinus jactabant. *plures quam centum et viginti libellos praemia exposcentium* ob *aliquam notabilem illa* die *operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri et interfici jussit.* [1])

Caesos etiam esse Pisonem, Laconem, Vinium, Icelum Tacitus c. 42—44 et c. 46 refert; de Pisonis Laconis Vinii morte loquitur Plutarchus, de Pisone pauca habet Dio, nihil de illis refert Suetonius. Pisonis caput maxime desideravisse Plutarchus, allatum insatiabilibus oculis perlustrasse Othonem Tacitus prodit; de Pisonis morte haec componantur:

Plut. c. 27. τρωθεὶς ἔφευγεν ὁ νεανίσκος καὶ καταδιωχθεὶς ὑπὸ Μάρκου τινὸς ἀπεσφάγη πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἑστίας.

Tacit. c. 43. Piso *in aedem Vestae pervasit* exceptusque — et abditus contubernio — exitium differebat, cum advenere missu Othonis nominatim in caedem ejus ardentes — Statius *Murcus speculator;* a quibus protractus *Piso in foribus templi trucidatur.*

---

1) Cfr. Sueton. Vitell. 10. *centum autem atque viginti, quorum libellos* Othoni datos *invenerat exposcentium praemia, ob editam in caede Galbae operam, conquiri* et *supplicio affici imperavit.*

Idem fere de Vinii morte referunt Tacitus et Plutarchus, quasi conscium se conjurationis ultima voce prodiderit:

Plut. c. 27. ἀπεσφάττετο δὲ καὶ Ὀβίννιος, ὁμολογῶν κοινωνὸς γεγονέναι τῆς ἐπὶ τὸν Γάλβαν συνωμοσίας· ἐβόα γὰρ ἀποθνήσκειν παρὰ τὴν Ὄθωνος γνώμην.

Tacit. c. 42. T. inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur, consumseritne vocem instans metus, an *proclamaverit non esse ab Othone mandatum ut occideretur;* quod seu finxit — seu *conscientiam conjurationis confessus est, huc ejus vita — inclinat,* ut *conscius sceleris fuerit, cujus causa erat.*

De funere Galbae consentiunt Suetonius, Tacitus, Plutarchus corpus cum capite ante Patrobii tumulum abjecto a dispensatore Argio sepultura contectum esse. Iidem capita T. Vinii et Pisonis a percussoribus satis magno pretio suis vendita esse tradunt. Plut. c. 28. Tacit. c. 47. Suetonius de Galbae capite id refert.

Plut. c. 28. τὴν Γάλβα κεφαλὴν οἱ τὸ Πατροβίου δοῦλοι — λαβόντες καὶ — καθυβρίσαντες ἔρριψαν. τὸ δὲ σῶμα ἀνείλετο Πρίσκος Ἐλβίδιος — ἔθαψε δὲ νυκτὸς Ἄργειος ἀπελεύθερος.

Tacit. c. 49. *Galbae corpus dispensator Argius — humili sepultura* in *privatis ejus hortis contexit.* caput ante Patrobii tumulum repertum et cremato jam corpori admixtum est.

Suet. c. 20. *caput Patrobii libertus* redemtum *abjecit.* Sero *tantum dispensator Argius* et hoc et ceterum truncum in *privatis ejus hortis* Aureliae viae *sepulturae dedit.*

In fine comparentur ea, quae de T. Vinii, ingenio et adolescentia a Tacito referuntur, cujus cum verbis ipsis Plut. consentit.

Plut. c. 12. ἔτι γὰρ ὢν νέος καὶ στρατευόμενος ὑπὸ Καλβισίῳ Σαβίνῳ τὴν πρώτην στρατείαν, ἀκόλαστον ὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ Πριγκίπια καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι· ἐπὶ τούτῳ δὲ Γάϊος Καῖσαρ ἔδησεν αὐτὸν· ἐκείνου δ' ἀποθανόντος εὐτυχίᾳ χρησάμενος ἀπελύθη· δειπνῶν δὲ παρὰ Κλαυδίῳ Καίσαρι ποτήριον ἀργυροῦν ἀφείλετο· πυθόμενος δὲ ὁ Καῖσαρ τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσεν· ἐλθόντι δ' ἐκέλευσεν ἐκείνῳ μηδὲν ἀργυροῦν, ἀλλὰ κεράμεια πάντα προσφέρειν καὶ παρατιθέναι τοὺς ὑπηρέτας.

Tacit. c. 48. *T. Vinius prima militia infamis legatum Calvisium Sabinum habuerat,* cujus uxor mala cupidine visendi situm castrorum *per noctem militari habitu ingressa* cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temerasset in *ipsis principiis stuprum ausa,* et criminis hujus reus T. Vinius arguebatur. *Igitur jussu Caesaris oneratus catenis mox* mutatione temporum *dimissus* servili deinceps probro respersus est, *tanquam scyphum aureum* in *convivio Claudii furatus* et Claudius postero *die soli omnium Vinio fictilibus ministrari jussit.*

postremo loco Tacitus et Plutarchus de exitu Galbae habent similia haec:

Plut. c. 29. τὰ κατὰ τὸν Γάλβαν — πλούτῳ καὶ γένει πρωτεύσαντα πάντων τῶν καθ' αὑτὸν, πέντε αὐτοκρατόρων ἡγεμονίαις ἐμβιώσαντα μετὰ τιμῆς καὶ δόξης.

Tacit. c. 49. hunc exitum habuit Serv. Galba tribus et septuaginta annis *quinque principes prospera fortuna emensus.* vetus in familia *nobilitas, magnae opes.*

neque indigna sunt, quae componantur, haec Suetoniana cum Tacito:

Suet. c. 14. majore favore et auctoritate adeptus est imperium, quam gessit.

Tacit. c. 49. major privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii nisi imperasset.

De ratione, quae inter quatuor illos scriptores intercedit in iis, quae de I. Galba referuntur, hoc videtur judicium ferendum esse:

Aequius judicant de Galbae ingenio ac moribus Tacitus, Plutarchus, Dio, quam Suetonius. Quanquam enim de imbecillitate senis, qui ab nequissimis hominibus regebatur, omnes consentiunt, tamen multa ejus facta, quae melius interpretari licebat, vitio illi vertuntur a Suetonio. Ita quae Tacitus Plutarchus Dio parsimoniae, quamquam intempestivae, constantiae et antiquo rigori, eadem Suetonius avaritiae saevitiae imbecillitati senis attribuit; in enumerandis ejusmodi rebus turpioribus multus est Suetonius et quasi cum voluptate quadam plura addit etiam de corporis ejus debilitate et deformitate, de edacitate ejus et impudicitia. Nihil fere laudabile affert de Galba Suetonius nisi illud c. 14. „quanquam multa documenta egregii principis daret."

In persequendis rebus singulis etiam verba saepissime consentiunt apud Plutarchum, Tacitum, Suetonium, ut in iis, quae tradunt de Tigellini fortuna (p. 10.), de restituendis iis quae Nero profuderat (p. 11), de Othonis moribus consiliis ambitione (p. 13 et 14), de Othonis discessu in castra (p. 15), de trepidatione Galbae (p. 16), de ultimis Galbae dictis (p. 17), de ludibrio corporis occisi (p. 17), de funere Galbae (p. 19); tamen in his enarrandis levitas quaedam et rerum curiosarum affectatio ac venditatio apparet in Suetonio, in Plutarcho copia quaedam et ubertas, si non loquacitas, in rebus prolixe describendis, in Tacito summa gravitas, verborum paucitas, sententiarum ubertas, componendi ars atque concinnitas.

Cum tribus illis consentit etiam Dio in describendis senis imbecillitate, caede classiariorum in Galbae introitu, venia Tigellino data, Pisonis ingenio et origine, ludribio, quo occisi corpus haberetur, ultimis Galbae dictis. De Sempronio Denso defensore Pisonis seu Galbae eadem habent similibus verbis Dio cum Plutarcho et Tacito (p. 18). Iidem caedem Galbae quasi spectaculo fuisse populo et senatoribus cum summa indignatione iisdem fere verbis referunt p. 16.

In hac vero et rerum et verborum similitudine etiam diversa quaedam apud singulos inveniuntur, ut quum Suetonius praesagium illud Tiberii de Galba Augusto tribuit (p. 18), numerum equitum illorum exactioni praepositorum 50 fuisse dicit, mathematicum illum Othonis instigatorem Seleucum nominat (p. 14) trepidantem Galbam consilium cepisse contrarium illi, quod apud Tacit. invenitur et Plutarchum, scilicet sese continendi palatio, asserit (p. 16), quum caput abscisum Galbae militem pollice in os inserto ad Othonem detulisse narrat (p. 17), denique quum Tacitus Sempronium Densum custodiae Pisonis additum fuisse affirmat. Haec quanquam levia adparent in tanto rerum verborumque consensu, tamen quum ad dijudicandam quaestionem de fontibus illorum scriptorum aliquid momenti habere viderentur praetermittere noluimus.

Longe plurima autem sunt, in quibus congruant Tacitus et Plutarchus: huc referantur p. 11 habitus germanicis exercitu et Hordeonii Flacci legati, p. 12 consilium Galbae in adoptando Pisone, adoptio Pisonis funestissimis auspiciis facta, p. 11, Othonis adolescentia amicitia Neronis et legatio in Lusitania (in quo comparandus etiam Suetonius) p. 11, Othonis satellites et ministri p. 14, Galbae trepidatio p. 17, Galbae caedes p. 17, percussores p. 17, percussorum spes atque ambitio p. 18, mors Pisonis et Vinii p. 18, T. Vinii vita et mores p. 19, denique dicta quaedam quibus mortuo Galbae uterque quasi parentat p. 19.

Transeuntibus nunc ad ea, quae de I. Othone a quatuor illis scriptoribus referuntur eandem sequi licet viam et rationem, ut incipiamus a Dione, qui l. 64, 7—16. Othonis imperium

et finem narrat. Comparentur Plutarchi et Suetonii vitae Othonis, cum Tacit. hist. I, 51 sq. praesertim c. 71—90 et II, 11—51.

Via muniatur componendis iis, quibus Tacitus c. 45 et 47 et Plut. G. c. 28 subitam senatus populique mutationem Romae factam, Othonemque per forum in capitolium escendisse narrant:

Plut. c. 28. *εὐθὺς δὲ βουλὴ συνεκαλεῖτο. καὶ καθάπερ ἄλλοι γεγονότες ἢ θεῶν ἄλλων γεγονότων* (cfr. Tacit. I, 29. fatigabat alieni jam imperii Deos) *συνελθόντες καὶ ὤμνυον ὅρκον, καὶ Καίσαρα καὶ Σεβαστὸν ἀνηγόρευον ἔτι τῶν νεκρῶν ἀκεφάλων ἐν ταῖς ὑπατικαῖς ἐσθῆσιν ἐῤῥιμμένων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς.*

Tacit. c. 45. *alium crederes senatum, alium populum.* 47. *vocat senatum praetor* — accurrunt patres, decernitur *Othoni nomen Augusti,* omnes principum honores. — Otho cruento adhuc foro *per stragem jacentium* in capitolium atque inde in palatium vectus cremari corpora jussit.

Narratio Xiphilini quidem in duas dividitur partes, quarum prior c. 7—9 initia et auspicia habet imperii Othoniani, adulationes, quibus senatus ipsum, ipse senatum et exercitum prosecutus sit, studia aulae Neronianae et metus hominum, altera c. 10 pugnam commissam paucis, c. 11—16 pluribus verbis, etiam oratione Othonis admixta, Othonis mortem describit.

Suetonius c. 1—3 de familia, natalibus, juventa Othonis loquitur, c. 4—6 eum accessisse partibus Galbae, non adoptatum contra eum conjurasse eumque trucidasse memorat, c. 7. prima imperii acta, revocatam Neronis memoriam, c. 8. internuntios ad Vitellium missos, inchoatam expeditionem, c. 9 pugnam funestam, c. 10 mortis consilium, c. 11 mortem, c. 12, quae ad corporis habitum Othonis pertinent, refert; ut etiam hujus vitae pars tertia ad privatas res Othonis referatur.

Tacitus, I, 51—70. Vitellianum motum, iter exercitus germanici in Italiam enarrat, c. 71—90 Othonis imperium et profectionem ab urbe, L. II, 11—38 principia belli Othoni laeta, 39—45 pugnam Bedriacensem, 46—51 mortem Othonis persequitur.

Plutarchus c. 1—3 initia imperii Othonis, veniam Mario Celso datam, supplicium Tigellini, violenti ammilitum, Othonis adulationem refert, c. 4—7, principia belli, post litteras frustra ad Vitellium missas, c. 8—14 pugnam Bedriacensem cum iis narrat, quae praecesserant et sequebantur, c. 15—18 mortem et funus Othonis adjungit. — In quo nihil invenitur, quod ad privatas Othonis res spectet, iis, quae ad vitam ejus priorem pertineant, antea in vita Galbae relatis.

Quodsi consilium et rationem, quam scriptores illi in his rebus referendis sunt secuti, aestimaveris, eadem quoque in hac parte reperies, quae in rebus Galbae tradendis. Quemadmodum enim Plutarchus et Tacitus et Dio, privatis Othonis rebus paene plane praetermissis omnia referunt ad haec tria: novi imperii acta urbana Tacit. I, 71 sq. Plut. 1—3 Dio c. 7—9, ad bellum cum Vitellio gestum, quod ab initio repetit Tacitus I, 51—70 II, 11—45, breviter excerpit Xiphilinus c. 10, accuratissime persequitur Plutarchus c. 4—15, ad mortem Othonis a tribus his tam diligenter expositam, ut suam quisque orationem habeat, quam Othoni antequam moreretur, attribuunt: ita Suetonius tertiam (c. 1, 2, 3, 12) fere vitae partem in referendis privatis Othonis rebus, origine, pueritia, consuetudine, corporis habitu et munditiis collocat, acta imperii uno, bellum et mortem Othonis binis capitibus, c. 8—11 absolvit, cetera c. 4—6, pertinent ad conjurationem et caedem Galbae.

His praemissis nihil impedit, quo minus ad singula comparanda statim procedamus:

In principio ponit Dio omina quaedam, quibus ultionem tanti sceleris brevi secuturam

intelligatur, infausta prima sacrificia et somnium primae noctis. Eadem apud Suetonium inveniuntur c. 7. Haec autem sunt verba:

Dio. c. 7. *θύοντι αὐτῷ τὴν θυσίαν πρώτην τὰ ἱερὰ πονηρὰ ὤφθη, ὥστ' αὐτὸν μεταγνόντα ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις εἰπεῖν· τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν* (sequitur interpretatio hujus proverbii).

Ibid. *μετὰ τοῦτο τῆς νυκτὸς οὕτω δή τι ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράχθη, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐκπεσεῖν· ἐσπηδήσαντες οὖν εὗρον αὐτὸν χαμαὶ κείμενον.*

Suet. c. 7. postridie in augurando tempestate orta graviter prolapsum identidem obmurmurasse: *τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς.*

c. 7. dicitur ea nocte per quietem pavefactus gemitus maximos edidisse: *repertusque a concursantibus humi ante lectum jacens.* (addit Sueton. somnium: a Galba se expelli et deturbari viderat.)

consentit uterque nisi quod apud Suetonium somnium praecedit augurio, apud Dionem sacrificium somnio. Deinde Dio, quomodo Otho senatui se purgaverit, refert c. 8, quod idem Suetonius habet, c. 7:

Dio. c. 8. *βεβιάσθαι μὲν γὰρ καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἄκων ἐσῆχθαι κ' ἀνταῦθα ἀντιλέγων κεκινδυνευκέναι ἔλεγεν.*

Suet. habet c. 7: vergente jam die ingressus senatum, positaque brevi ratione, quasi *raptus de publico et suscipere imperium vi coactus* gesturusque communi omnium arbitrio, palatium petit.

Sequuntur nonnulla apud Dionem de revocata Neronis memoria beneficiisque, quae et singulis inprimis Neronianis tribuerit et civitatibus; quibus congruunt, quae apud Sueton. 7. Tacit I, 77, 78. Plut. c. 3 inveniuntur:

Plut c. 3. *τοῖς πολλοῖς χαριζόμενος οὐκ ἔφευγε τὸ πρῶτον ἐν τοῖς θεάτροις Νέρων προσαγορεύεσθαι καί τινων εἰκόνας Νέρωνος εἰς τ' οὐμφανὲς προθεμένων οὐκ ἐκώλυσε· Κλαύδιος Ῥᾶφος εἰς Ἰβηρίαν φησί κομισθῆναι διπλώματα τὸ τῦ Νέρωνος θεῖον ὄνομα προγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τῦ Ὄθωνος.*

Tacit. c. 78. creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse, *spe volgum alliciendi. et fuere qui imagines Neronis proponerent* atque etiam Othoni — populus et miles *Neroni Othoni acclamavit.* ipse in suspenso tenuit, vetandi metu vel agnoscendi pudore. statuas Poppaeae per senatuscons. reposuit.

Suet. c. 7. ab infima plebe *adpellatus Nero nullum* indicium *recusantis dedit;* immo, ut quidam tradiderunt, etiam *diplomatibus* primisque epistolis suis *Neronis cognomen adjecit.* certe et *imagines statuasque ejus reponi passus* est.

Dio. c. 8. *τὸ γᾶν ὄνομα Νέρωνος αὐτῷ εὐθὺς ἐπέθετο — τὸ τοῖς Νερωνείοις χρῆσθαι πάνυ πάντας ἐξεφόβει.*

De venia, beneficiis, praemiis, quae Otho et singulis et civitatibus impertierit, haec fere inveniuntur apud Dionem, Plutarchum, Tacitum. Suetonius enim nihil tale habet. Consentit maxime Plutarchus cum Tacito, qui singula referunt, quum Dio universam Othonis ambitionem in his rebus tribuendis notet.

Plut. c. 1. *μέρος (τῦ ὑπατεύειν) ἔνειμε Ὀυεργινίῳ Ῥάφῳ, τοῖς δ' ἀποδεδειγμένοις ὑπὸ Νέρωνος ἢ Γάλβα πᾶσιν ἐτήρησε τὰς ὑπατείας· ἱεροσύναις δὲ τὰς καθ' ἡλικίαν προήκοντας ἢ δόξαν ἐκόσμησε·*

Tacit. c. 77. proximos menses *Verginio destinat* — ceteri *consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere.* — *pontificatus auguratusque honoratis jam senibus cumulum* — *addidit.* recens ab exilio reversos nobiles ado-

Dio. c. 8. *βαλευτῶν συχνοῖς τοῖς μὲν καταδίκας ἀνίει, τοῖς δὲ ἄλλ' ἄττα ἐχαρίζετο.*

τοῖς δ' ἐπὶ Νέρωνος φυγῆσι καὶ κατελθοῦσιν ἐπὶ Γάλβα συγκλητικοῖς πᾶσιν ἀπέδωκεν, ὅσα μὴ πεπραμένα εὕρισκεν.

lescentulos paternis sacerdotiis recoluit.

c. 78. civitatium et provinciarum animos aggressus hispaliensibus familiarum adjectiones — Lingonibus civitatem romanam, nova jura Cappadociae, nova Africae — ostenta magis quam mansura.

τοῖς ξένοις πολιτείαν ἐδίδου, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπηγγέλλετο.

Eodem pertinent ea, quae de venia Mario Celso data referunt Plutarchus G. 17, O. 1 et Tacitus I, 45, 71. Primo referantur ea quae de Celsi periculo et vinculis produnt:

Plut. G. 17. ἦκε δὲ καὶ Μάριος Κέλσος — καὶ πολλῶν αὐτῷ κατηγορούντων καὶ τὸ πλῆθος ἀποκτιννύειν βοώντος Ὄθων οὐκ ἐβούλετο· φοβούμενος δ' ἀντιλέγειν, οὐχ οὕτως ἔφη ταχέως ἀποκτενεῖν αὐτὸν· εἶναι γὰρ ἃ δεῖ πρότερον ἐκπυθέσθαι παρὰ τῷ ἀνδρός· ἐκέλευσεν οὖν δήσαντας φυλάττειν seq.

Tacit. I, 45. Marium Celsum ad *supplicium expostulabant; sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus:* jubere jam poterat. *ita* simulatione irae *vinciri jussum* et majores poenas daturum affirmans praesenti exitio subtraxit.

Adnectuntur ea, quae veniam Celso datam significant:

Plut. G. 1. κελεύσας Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὑτὸν ἠσπάσατο καὶ παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ἐπιλαθέσθαι μᾶλλον ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν· τοῦ δὲ Κέλσου φήσαντος αὐτοῦ τοῦ τρόπου διδόναι τὸ ἔγκλημα πίστιν, ἐγκεκλῆσθαι γὰρ ὅτι Γ. βέβαιον ἑαυτὸν παρέσχεν, ᾧ χάριν οὐδεμίαν ὤφειλεν, ἡ γάσθησαν οἱ παρόντες ἀμφοτέρων καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπήνεσεν.

Tacit. I., 71. *Marium Celsum acciri* in capitolium *jubet* — Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus *exemplum ultro imputavit. nec Otho quasi ignosceret,* sed, ne hostes metuerent, conciliationes adhibens [1]) statim inter intimos amicos habuit — celebrata — *Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit.*

Quo eventu in vulgus tam clementem et liberalem se praebuerit Otho, de eo varie judicant Dio et Plutarchus: quum enim Dio nihil his beneficiis profecisse existimat Othonem c. 8: οὐκ ἐλάνθανεν ὡς καὶ ἀσελγέστερον καὶ πικρότερον τῶ Νέρωνος ἄρξειν ἐμελλεν. — οὐ μὴν καὶ οἰκειώσασθαι οὐδένα πλὴν ὀλίγων τινῶν ἠδυνήθη ὁμοίων αὐτῷ. ὅ τε βίος αὐτῶ καὶ ἡ δίαιτα πάντας ἐξεφόβει — Plutarchus eum meliorem de se spem his rebus in plurimis excitasse

1) Huic loco, cujus lectio dubia interpretes plurimum vexavit, aliquid lucis afferri posse videtur ex Plutarcho, cujus cum verbis et sententiis ceteris hic quoque consentit Tacitus. Nolebat Otho videri Celso tantum ignoscere quasi potentior et victor inferiori et victo, sed statim inter intimos amicos habuit. Idem significare videtur Plutarchus verbis, παρεκάλεσε — ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν, ne, quasi venia sibi data esset, meminisset. Falsa videtur Waltheri interpretatio: nicht als ob er verziehen hätte, quasi Otho odium Celsi intimo pectore conceptum servasset, quod neque cum Plutarcho, neque cum indole Othonis, neque cum dignitate ad Celsum postea delata congruit. In reliquis lectio nonnullorum codd.: ne hostis metum reconciliationis adhiberet, id habet difficultatis, quod, ut Lips. monuit, neque de reconciliatione sermo esse potest, neque intelligitur, quid sit metum reconciliationis adhibere; itaque praeferenda videtur lectio optimorum codd. „ne hostes metueret, conciliationes adhibens," quae verba levi mutatione ita correcta velim: ne hostes metuerent. Scilicet nolebat Otho videri ignoscere Celso, sed malebat videri gratiam ejus conciliasse beneficia in illum congerendo, ne hostes i. e. Vitellius cum suis, cui epistolis crebris pecuniam et gratiam offerebat (c. 74), pacisci et oblata accipere dubitarent, quod factum esset si quis metus, ne defectionis meminisset Otho, in animis residens haesisset. (παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ἐπιλαθέσθαι Plut.)

affirmat: οἱ πεφρικότες πρότερον — ἡδίας ἐγένοντο ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὴν ἡγεμονίαν ὥσπερ διαμειδιῶσαν. Ceterum milites Othoni favisse ipse Dio c. 12 his verbis affirmat: ἐφίλουν τὸν Ὄθωνα καὶ πᾶσαν αὐτῷ εὔνοιαν οὐκ ἀπὸ τῆς γλώττης μόνον ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς εἶχον. Tacitus quidem I, 77 ait Othonem munera imperii obiisse quaedam ex dignitate reipublicae, pleraque contra decus ex praesenti usu properando.

Inter ea, quae in urbe fiebant, antequam Otho egrederetur in bellum, a quatuor illis scriptoribus seditio narratur et conatus militum senatores trucidandi. Tacitus I, 80—85 cum Plutarcho c. 3 copiosius de ea re loquuntur, Suetonius et Dio brevius rem attingunt, et ille quidem c. 8, ita ut fidem et animum praetorianorum erga Othonem inde elucere dicat, Dio 9, ut superbiam et violentiam militum tam ambitiose cultorum inde demonstret. Verba eorum componi eo magis decet, quod in Plutarcho et Tacito plurima occurrunt inter se similia, si verba spectes, quamquam, si ad rem attendas, discrimen aliquod inter utrumque intercedit.

Plut. c. 3. Κρισπῖνον πέμψαντος αὐτοῦ τὴν ἕπτα καιδεκάτην σπεῖραν ἐξ ὠστίας (lectio dubia) ἄξοντα κἀκεῖνον καὶ τὰ ὅπλα ταῖς ἁμάξαις ἐπιτιθέντος οἱ θρασύτατοι seq. ἐβόων — τὴν σύγκλητον ἐπιχειρεῖν πράγμασι νεωτέροις καὶ τὰ ὅπλα κατὰ Καίσαρος οὐ Καίσαρι παρακομίζεσθαι — οἱ μὲν ἐπελάμβανον τῶν ἁμαξῶν, οἱ δὲ τοὺς ἐνιςαμένους ἑκατοντάρχας δύο καὶ τὸν Κρισπῖνον αὐτὸν ἀπέκτειναν· πάντες δὲ ἤλαυνον ἐς τὴν Ῥώμην· καὶ πυθόμενοι παρ' αὐτῷ δειπνεῖν ὀγδοήκοντα συγκλητικούς, ἐφέροντο πρὸς τὰ βασίλεια. — ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις ἦσαν διαδρομαί —φοβούμενος ὁ Ὄθων ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἦν φοβερὸς αὐτοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνηρτημένους ἑώρα ταῖς ὄψεσι — ἐνίους καὶ μετὰ γυναικῶν ἥκοντας· ἅμα δὲ τοὺς ἐπάρχους ἀπέςελλε — πραῦνειν κελεύσας — ἅμα δὲ τοὺς κεκλημένους ἀναστήσας ἀφῆκε.

Tacit. I., 80. *Septumam decumam cohortem e colonia ostiensi* in urbem *acciri* Otho *jusserat. armandae ejus cura Vario Crispino tribuno* e praetorianis *data. is — vehicula cohortis incipiente nocte onerari* aperto armamentario *jubet — fremit miles* et tribunos proditionis accusat tanquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur — *resistentem seditioni tribunum* et *severissimos centurionum obtruncant.* rapta arma, nudati gladii: insidentes *equis urbem ac palatia petunt.* c. 81. erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque *qui trepidi — Othonis vultum intueri — cum timeret Otho timebatur.* sed — *praefectos praetorii* ad *mitigandas iras statim miserat* et *abire propere omnes jussit.*

Suet. c. 8. placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus. Ea quum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati tumultum excitaverunt atque repente omnes nullo certo duce in palatium concurrerunt, caedem senatus flagitantes, *repulsisque tribunorum qui inhibere tentabant, nonnullis et occisis,* sicut erant cruenti, ubinam imperator esset, requirentes *perruperunt in triclinium* usque, nec nisi viso destiterunt.

Dio. c. 9. τοὺς στρατιώτας ἐς τοσοῦτον τόλμης καὶ παρανομίας προήγαγεν ὥστε καὶ ἐς τὸ παλάτιόν ποτε, ὥσπερ εἶχον, ἐσεβιάσαντο, ἐπεὶ συχνοὶ τῶν βουλευτῶν ἐνταῦθα τῷ Ὄθωνι συνεδείπνουν, καὶ τέλος καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συμπόσιον, προαποκτείναντες τοὺς εἰργοντάς σφας ἐσεπήδησαν· καὶ πάντας ἂν ἐφόνευσαν εἰ μὴ — ἐξανέστησαν καὶ κατεκρύφθησαν.

De ipso facto omnes consentiunt milites seditioso sobtruncatis ductoribus in palatium irrupisse, senatores, quorum caedem flagitassent, celeri fuga servatos esse. Dissentiunt autem in perhibenda causa seditionis, quam Dio fuisse contendit audaciam et licentiam militum, Suetonius suspicionem insidiarum in militibus excitatam. Plutarchus, Tacitus, Suetonius addunt, quibus rebus excitata sit illa suspicio, scilicet quum arma promerentur et in vehicula imponerentur, quod noctu factum esse contendunt Tacitus et Plutarchus. Ab his quidem discrepat Suetonius, qui arma per classiarios transferri et navibus remitti placuisse dicit, quum Plut. et Tacitus agi dicant de cohorte 17ima armanda et Ostia Romam transferenda. Sed ne in eo quidem plane consentire videtur Plutarchus cum Tacito. Plutarchus enim, si quid video, Ostiae ortum tumultum existimat, militesque Romam esse noctu profectos, id quod verisimile est, si verba: *πέμψαντος τὸν Κρισπῖνον, ἥκειν τὸν Κρισπῖνον*, consideres, pro certo autem affirmari potest, si verba: *ἤλαυνον εἰς τὴν Ῥώμην* respicias. Quod ipsum nomen urbis affertur, significat milites neque Romae neque in suburbanis regionibus aut in castris urbi proximis fuisse, sed in alia urbe. Qui ex suburbano aut castris praetorianorum portas intrarent, non dicere poterant se Romam petere, erant enim in agro Romano, sed se urbem petere, in urbe enim non erant; contra si dicebant, se Romam petere, fieri non potest, ut ex regione Romam petierint, ad quam ipsam nomen „Roma“ pertinebat. Tacitus scriptum habet: insidentes equis *urbem* et palatium petunt. Apud illum enim res agitur a praetorianis et in castris praetorianorum, quae etiam Otho animadversurus in sontes postero die ingreditur. Eadem est sententia Suetonii, qui Othonem dicit animum fidemque praetorianorum erga se expertum esse et perspicue monet, per classiarios quum arma transferri et navibus remitti placuisset, arma in *castris* sub noctem esse promta. Sententia Taciti haec est: ad armandam cohortem ostiensem ex armamentario praetorianorum in vehicula, quae cohortis illius erant, arma noctu transferenda erant; quae quum illo tempore praetoriani contra imperatorem clam senatoribus adportari existimarent, seditione mota et ductoribus interfectis, urbem et palatium irrumpunt, ira in senatores et cura principis commoti. Ita res optime quadrant. Contra Plutarchus vehicula Ostiae onerata, militesque Ostia Romam profectos ratus rem refert vix credibilem. Quomodo enim fieri poterat, ut oneratis „*νυκτὸς*“ vehiculis milites Ostia Romam pervenirent confectis fere duodecim milibus passuum, Othonemque etiam epulantem deprehenderent. Neque enim tam brevi tempore milites illi Ostia Romam iter facere poterant, quam nuperrime milites illi seditiosi viarum ferrearum beneficio Rastattia in caput ducis Badensis translati. Praeterea abhorret a vero milites unius cohortis in urbem sua sponte ruisse, in qua tot milites essent, quorum illi mentes in hac re peragenda nosse non poterant. Plutarchus autem ipse in iis, quae sequuntur, Othonem facit cum praetorianis agentem, praefectos eorum ad mitigandos milites Otho dimittit, in castris praetorianorum orationem habet, laudat, praemiis cumulat eorum fidem, denique in sontes animadvertit. Ex alio fonte hausit Plutarchus cum Tacito, ex alio Suetonius, Plutarchus vero, quanquam eundem auctorem secutus, quem Tacitus, ita ut verba etiam congruant, minus recte interpretatus, aut minus accurate videtur illum inspexisse.

Quomodo tandem Otho seditiosos coërcuerit, et ad voluntatem suam traduxerit, cum laudando, tum castigando, Tacitus et Plutarchus prolixius, Dio breviter et cum indignatione narrat, Tacitus etiam orationem inserit ab Othone in castris habitam, quae egregie ad „perstringendos mulcendosque militum animos“ est composita. Verba illorum componantur:

Plut. c. 3. ὀρθὸς ἀπὸ τῆς κλίνης πολλὰ παραγορήσας καὶ δεηθεὶς καὶ μηδὲ δακρύων φεισάμενος μόλις ἀπεπεμψεν αὐτούς· τῇ δ' ὑστεραίᾳ δωρησάμενος ἅπαντας κατ' ἄνδρα 1250 δραχμαῖς εἰσῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἐπῄνεσεν, ὡς πρὸς αὐτὸν εὔνουν καὶ πρόθυμον, ὀλίγους δέ τινας οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ φήσας ὑποικουρεῖν — δύο μόνους παραβαλὼν, οἷς οὐδεὶς ἔμελλεν ἄχθεσθαι κολασθεῖσιν, ἀπηλλάγη.

Tacit. c. 82. *Otho* contra decus imperii *thoro insistens precibus et lacrymis aegre cohibuit, redieruntque in castra inviti. postera die* — allocuti sunt praefecti. finis sermonis in eo, *ut quina milia numum singulis militibus numerarentur. postera die Otho ingredi castra ausus.*

c. 85. neque *in plures, quam in duos animadverti jusserat.*

Dio. c. 9. καὶ οἱ μὲν καὶ ἐπὶ τούτῳ χρήματα, ὡς καὶ δι' εὔνοιαν αὐτοῦ τοῦ Ὄθωνος πεποιηκότες, ἔλαβον.

Dio in fine eorum, quae in urbe acta esse refert antequam proficisceretur contra Vitellium Otho, paucis verbis ea addit, quae de falso Nerone tum ferebantur, qui captus et supplicio affectus, quae copiosius apud Tacitum II, 8. 9 invenias.

Antequam Otho bellum contra Vitellium ipse susciperet, epistolas ab utroque ultro citroque missas Suetonius, Dio, Plutarchus, Tacitus referunt:

Plutarch. c. 4. ἔγραψεν Οὐϊτελλίῳ, ὡς χρήματα πολλὰ δώσοντος ἑαυτῷ καὶ πόλιν ἐν ᾗ βιώσεται ᾗ ἥδιστον καὶ ἥδιστον βίον μεθ' ἡσυχίας. Ἀντέγραφε κἀκεῖνος κατειρωνευόμενος ἡσυχῇ πρῶτον· ἐκ δὲ τούτου διερεθιζόμενοι πολλὰ βλάσφημα καὶ ἀσελγῆ χλευάζοντες ἀλλήλοις ἔγραφον· οὐ ψευδῶς μὲν ἀνοήτως δὲ καὶ γελοίως seq.

Tacit. I., 74. *crebrae ab* Othone ad *Vitellium epistolae offerebant pecuniam et gratiam et quemcunque quietis locum prodigae vitae legisset. paria Vitellius* ostentabat, *primo mollius, mox rixantes stupra et flagitia invicem objectavere. neuter falso.*

Suet. c. 8. *per internuncios ac literas consortem imperii* generumque se *Vitellio obtulit.*

Dio. c. 10. ἐπειδὴ μὴ ἔπειθε τὸν Οὐϊτέλλιον εἰς κοινωνίαν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς πολλάκις παρακαλῶν.

De initio motus Vitelliani comparari possunt apud Plut. Galb. 10. 22. Tacit. I, 55. 57. 62. Suet. Galb. 16.

Plutarch. G. 10. Φάβιος χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε δ' οὖν τοὺς στρατιώτας αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν εἰπεῖν· c. 22. τὰς μὲν εἰκόνας τῷ Γ. προσελθόντες ἀνέτρεψαν καὶ κατέσπασαν — αὐτοὶ δ' ὁμόσαντες ὑπὲρ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων διελύθησαν — τὰς καλὰς ἐκείνους καὶ δημοκρατικὰς εἰς

Tacit. I., 55. *Germaniae legiones* solenni calendarum Januariarum *sacramento pro Galba adactae multa cunctatione* et variis primorum vocibus — et in superiore exercitu ipso calendarum Januariarum die *dirumpunt imagines Galbae — senatus populique romani* obiterata jam *nomina advocabant.* c. 57. *speciosis se-*

Suet. G. 16. Superioris Germaniae exercitus primi obsequium rumpere ausi calendis Januarii adigi sacramento nisi in nomen senatus recusarunt. — *displicere imperatorem in Hispania factum.*

Oth. 8. sub idem tempus Germaniciani exercitus in Vitellii verba jurarunt Vitell. c. 8. consententiente superioris provinciae ex-

σύγκλητον ὅρκους ἀφέντες ὤμοσαν Οὐϊτελλίῳ τῷ αὐτοκράτορι ποιήσειν τὸ προστασσόμενον· — δείξωμεν ἀνθρώποις πᾶσιν, ὡς Ἰβήρων καὶ Λυσιτανῶν ἀμείνους ἐσμὲν αὐτοκράτορα αἱρεῖσθαι.

natus populique romani nominibus relictis 3 non. Jan. Vitellio accessit superior exercitus.

ercitu qui prius a Galba ad senatum defecerat.

Ipsum bellum et proelium Bedriacense Dio paucis sententiis c. 10. absolvit, Othonem pluribus ducibus cum damno suo summam rerum permisisse, odio belli civilis pugnae non interfuisse, in qua 40,000 homines ceciderint, asserens. Ceteri scriptores Plut. c. 4. Tacit. I, 86. Suet. 8, quibus auspiciis Otho sit urbe profectus, primo ita referunt:

Plutarch. c. 4. Σημείων δὲ καὶ φαντασμάτων πολλῶν λεγομένων τὰ μὲν ἄλλα φήμας ἀδεσπότους καὶ ἀμφιβόλους εἶχεν, ἐν δὲ Καπιτωλίῳ νίκης ἐφεστώσης ἅρματι τὰς ἡνίας πάντες εἶδον ἀφειμένας ἐκ τῶν χειρῶν ὥσπερ κρατεῖν μὴ δυναμένης, καὶ τὸν ἐν μεσοποταμίᾳ νήσῳ Γαΐῳ Καίσαρος ἀνδριάντα, μήτε σεισμῷ γεγονότος μήτε πνεύματος ἀφ' ἑσπέρας μεταστραφέντα πρὸς τὰς ἀνατολάς — καὶ τὸ περὶ τὸν Θύμβριν δὲ σύμπτωμα σημεῖον ἐποιοῦντο οἱ πολλοὶ μοχθηρόν — οὔπω τοιοῦτος ἦρθη τὸ πρότερον οὐδ' ἀπώλεσε τοσαῦτα καὶ διέφθειρε ὑπερχυθεὶς καὶ κατακλύσας πολὺ μέρος τῆς πόλεως — ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συχνῶν κατασχεῖν.

Tacit. I., 86, Prodigia terrebant *diversis auctoribus vulgata: in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui victoria institerat; statuam divi Julii in insula Tiberini amnis sereno ac immoto die ab occidente in orientem conversam; sed praecipuus pavor subita inundatione Tiberis,* qui *immenso auctu* non modo plana urbis loca, sed secura ejusmodi casuum implevit — plures in tabernis — intercepti. *fames in vulgus — et penuria alimentorum. fuere, qui religionem nondum conditorum ancilium afferrent.*

Suet. 8. expeditiones inchoavit adversissimis auspiciis — primo egressu inundationibus Tiberis retardatus — praeclusam viam offendit — *motis necdum conditis ancilibus,* quod antiquitus infaustum habetur.

Deinde, quibus comitatus profectus sit, Plutarchus et Tacitus similiter referunt, praemisso hominem clarum Cornelium Dolabellam antea Aquinum esse sepositum:

Plutarch. c. 5. ἐν Ῥώμῃ Δολαβέλλας εὐπατρίδης ἀνὴρ ὑποψίαν παρεῖχε — νεώτερα φρονεῖν· ἐκεῖνον μὲν οὖν εἰς πόλιν Ἀκύνιον παρέπεμψε.

Καταλέγων δὲ τῶν ἐν τέλει συνεκδήμους ἔταξεν ἐν τούτοις καὶ Λεύκιον τὸν Οὐϊτελλίου ἀδελφόν, οὔτε προσθεὶς ἑδέν, οὐδ' ἀφελὼν ἧς εἶχε τιμῆς.

Tacit. I., 88. *Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem* — nullum ob crimen sed *vetusto nomine* et propinquitate Galbae monstratus.

Multos e magistratibus secum expedire jubet, in quis et L. Vitellium, eodem quo ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis.

Sequuntur ea, quae de belli principiis laetis Othoni referunt Plutarchus c. 5—10 et Tacitus II, 11—40. Et de bello quidem maritimo, de ora Liguriae et Sardinia Corsicaque ab Othonianis possessa nihil habet Plutarchus. Tacitus illa II, 12—16 narrat. Proelia autem ad Placentiam urbem commissa, periculumque in quo Spurinna versaretur indomita militum temeritate, quae Tacitus

enarrat c. 17—22, apud Plutarchum invenias c. 5 et 6. Pugna quidem brevius narratur, sed pluribus verbis seditio militum mota contra Spurinnam, in quo Plutarchus mollitiam, ignaviam, superbiam, violentiam, licentiam Othonianorum graviter castigat. Comparare haec licet. Convicia in Othonianos jacta eadem:

Plutarch. c. 6. οἱ Ὀυϊτελλίυ τὲς Ὄθωνος σκηνικὲς καὶ πυθίων καὶ ὀλυμπίων θεωρὲς ἀποκαλῶντες.

Tacit. 21. illi ut segnem et desidem ac *circo et theatris corruptum militem increpabant.*

Cultum et habitum Caecinae uxorisque eodem modo uterque describit:

Plutarch. c. 6. Κεκίνας οὔτε σχῆμα οὔτε φωνὴν δημοτικὸς, ἀλλ' ἐπαχθὴς καὶ ἀλλόκοτος, σώματος μεγάλυ γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρίσιν ἐνεσκευασμένος· σημείοις (lectio dubia) καὶ ἄρχεσι ῥωμαϊκοῖς διαλεγόμενος· καὶ τὴν γυναῖκα παρέπεμπον αὐτῷ ἱππεῖς ὀχεμένην ἵππῳ κεκοσμημένην ἐπιφανῶς.

Tacit. c. 20. ornatum Caecinae municipia et coloniae in superbiam trahebant, quod versicolori sagulo *braccas barbarorum tegmen indutus togatos alloqueretur. uxorem quoque ejus* Saloninam quanquam in nullius injuriam *equo ostroque veheretur* laesi gravabantur. cfr. c. 30. inclinabant in Caecinam vigore aetatis, *proceritate corporis.*

Etiam de Fabii Valentis infinita pecuniae cupiditate, avaritia, furtis, ἁρπαγαῖς, κλοπαῖς, δωροδοκίαις comparari possunt Plut. c. 6 fin. cum Tacit. I, 66; loquitur Tacitus de lento agmine Valentis, ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditantis, ut Plut. c. 6. ait; διὰ τῦτο ἐδόκει βραδέως ὁδεύων ὑστερῆσαι τῆς προτέρας μάχης.

Jam vero Tacitus II, 24—26 et Plutarchus c. 7. proelium enarrant ex insidiis factum, faustum Othonianis, sed culpa Suetonii Paullini corruptum. De culpa Paullini non consentiunt. Plutarchus eum sero Celso auxilio venisse, Tacitus justo maturius receptui cecinisse contendit. Militibus hanc qualemcunque ducis culpam aegre ferentibus Othonem Titianum fratrem et Proculum exercitui praeposuisse Plutarchus dicit; utrumque ante hoc proelium ad exercitus missum esse Tacitus c. 23. refert. Comparanda haec sunt:

Plutarch. c. 7. δοκῆσιν ἂν ἐπελθόντες ἐν καιρῷ μηδέναλιπεῖν τῶν πολεμίων, ἀλλὰ πᾶν τὸ μετὰ Κεκίνα στράτευμα συντρίψαι καὶ ἀνελεῖν — Παυλῖνος δὲ ὀψὲ προσβοηθήσας αἰτίαν ἔσχεν ἐνδεέστερον τῆς δόξης στρατηγῆσαι δι' εὐλάβειαν — ὁ δ' Ὄθων ἔπεμψε Τιτιανὸν ἐπὶ τὰ στρατεύματα τὸν ἀδελφόν καὶ Πρόκλον τὸν ἔπαρχον, ὃς εἶχεν ἔργῳ τὴν πᾶσαν ἀρχὴν, πρόσχημα δ' ἦν ὁ Τιτιανὸς· οἱ δὲ περὶ Κέλσον καὶ Παυλῖνον ἄλλως ἐφείλκοντο συμβόλων ὄνομα καὶ φίλων, ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς πράγμασι μηδεμίαν ἔχοντες.

Tacit. c. 26. ut *deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paullinus receptui cecinisset,* utrisque partibus percrebuerit — *ea ratio in vulgus adverso rumore fuit.*

c. 23. Otho *Titianum fratrem accitum bello praeposuit.*

cfr. c. 29. *honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum; Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur.*

Quae apud Tacitum reperitur seditio adversus Valentem mota II, 27—29 eam Plutarchus significare videtur c. 7 paucis illis verbis: ἦν δὲ θορυβώδη καὶ τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις, μάλιςα δὲ τοῖς ὑπὸ τῷ Ὀυάλεντι etc. Uterque deinde similiter adjiciunt, quomodo Valens copias cum Caecina conjunxerit:

Plutarch. c. 7. καὶ τῆς περὶ τὴν ἐνέδραν μάχης ἀγγελθείσης ἐχαλέπαινον ὅτι μὴ παρεγένοντο, μηδ' ἤμυναν· μόλις δὲ πείσας (ὁ Ὀυάλης) καὶ παραιτησάμενος αὐτὸς ἀνέζευξε καὶ συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίναν.

Tac. c. 30. munientibus de adversa Caecinae pugna allatum et prope renovata seditio, tanquam fraude Valentis proelio defuissent — rapido agmine Caecinae junguntur.

Post haec Tacitus et Plutarchus transeunt ad consultationem de bello gerendo habitam Tacit. II, 31. 32. 33. Plut c. 8, de cujus eventu etiam judicium affert Suetonius c. 9.

Plutarch. c. 8. ὁ δ' Ὄθων — ἐβουλεύετο περὶ τῆς μάχης· καὶ Πρόκλῳ μὲν ἐδόκει καὶ Τιτιανῷ διαγωνίσασθαι. Παυλῖνος δὲ τοῖς μὲν πολεμίοις ἔφη πάντα, μεθ' ὧν μαχοῦνται, παρεῖναι καὶ μηδὲν ἐνδεῖν, Ὄθωνι δὲ τῆς παρούσης οὐκ ἐλάττονα προσδόκιμον εἶναι δύναμιν ἐκ Μυσίας seq. — τὴς διατριβὴν εἶναι πρὸς αὐτῶν ἐν ἀφθόνοις πᾶσιν ὄντων, ἐκείνοις δὲ τὸν χρόνον ἀπορίαν παρέξειν τῶν ἀναγκαίων — ταῦτα λέγοντι Μάριος Κέλσος ἐγένετο σύμψηφος. Ἄννιος δὲ Γάλλος οὐ παρῆν μὲν, ἀλλ' ἐθεραπεύετο πεπτωκὼς ἀφ' ἵππου· γράψαντος δὲ Ὄθωνος συνεβούλευε μὴ σπεύδειν.

Tacit. II., c. 31—33. *Otho consultavit* trahi bellum an fortunam experiri placeret. — c. 33. Otho pronus ad decertandum. *Titianus et Proculus* imperitia *properantes. Paullinus disseruit* c. 32 *exercitum Vitellii universum advenisse*, nec *multum virium a tergo* — non *frumentum usquam exercitui* — contra ipsis omnia opulenta et fida, *Pannoniam Orientem cum integris exercitibus.* — c. 33. *accedebat sententiae Paullini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi afflicto, missi qui consilium ejus sciscitarentur retulerunt.*

Suet. c. 9. Simili temeritate, quamvis dubium nemini esset, quin trahi bellum oporteret, quam primum decertare statuit.

Vituperant Tacit. Plut. Dio consilium, quo Otho se ipsum pugnae subtraxit et Brixillum concessit:

Plutarch. c. 10. αὐτὸς δὲ εἰς Βριξίλον ἀνεχώρησε καὶ τοῦτο προσεξαμαρτὼν, οὐχ ὅτι μόνον τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῷ παρόντος αἰδῶ καὶ φιλοτιμίαν ἀφεῖλε τῶν ἀγωνιζομένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐῤῥωμενεστάτους καὶ προθυμοτάτους δι' αὐτὸν ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἀπαγαγὼν φυλακὴν ὥσπερεί τι σῶμα τῆς δυνάμεως ἀπέκοψε.

Tacit. II, c. 33. iidem — auctores perpulere ut *Brixellum concederet* — is primus dies Othonianas partes afflixit. *namque et cum ipso praetorianarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit et remanentium fractus animus* seq.

Dio. c. 10. ὁ Ὄθων ἀνεχώρησε ἐκ τῆς μάχης seq.

De causa, cur Otho pugnae non interfuerit, Dio addit idem affirmante Suetonio:

Dio. c. 10. λέγων μὴ δύνασθαι μάχην ἀνδρῶν ὁμοφύλων ἰδεῖν, ὥσπερ ἐκ δικαίας τινὸς πράξεως αὐταρχήσας, ἀλλ' οὐ τὸς τε ὑπάτους καὶ τὸν Καίσαρα τόν τε αὐτοκράτορα ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ φονεύσας.

Suet. c. 10. Othonem usque adeo detestatum civilia arma, ut memorante quodam inter epulas de Cassii Brutique exitu cohorruerit. nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse. —

Quod autem Otho cum suis festinationem, ceteri duces Marius Celsus Suetonius Paullinus Annius Gallus moram cupierint, ejus rei causas afferunt Suetonius et Plutarchus Othonis impatientiam et militum ardorem, Plutarchus c. 9. vero etiam cum Tacito c. 37. auctores quosdam referunt, qui eo duces Othonianos moras suasisse contenderent, quod sperarent, bellum posse componi novo imperatore electo. — Conferamus primum Plutarchum cum Suetonio:

Plutarch. c. 9. *οἱ στρατηγικοὶ — οὐκ ἦσαν καθεκτοὶ σπεύδοντες ἐπὶ τὴν μάχην· δοκεῖ δὲ μηδ' αὐτὸς Ὄθων ἐξαναφέρειν ἔτι μηδ' ὑπομένειν ἀηθείᾳ καὶ μαλακότητι τὰς περὶ τῶν δεινῶν λογισμάς.*

Suet. c. decertare statuit, sive *impatiens longioris solicitudinis* speransque posse profligari ante Vitellii adventum, sive *impar militum ardori pugnam deposcentium.*

deinde Plutarchum cum Tacito:

Plut. c. 9. *Ἑτέρων δ' ἦν ἀκούειν, ὅτι τοῖς στρατεύμασιν ἀμφοτέροις παρίσαντο ὁρμαὶ πολλαί, ὡς εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν καὶ μάλιστα μὲν αὐτὰς ὁμοφρονήσαντας ἐκ τῶν παρόντων ἡγεμονικῶν ἑλέσθαι τὸν ἄριστον· εἰ δὲ μὴ τὴν σύγκλητον ὁμοῦ καθίσαντας ἐφεῖναι τὴν αἵρεσιν ἐκείνῃ τῷ αὐτοκράτορος.*

καὶ οὐκ ἀπεικός ἐστι, μηδετέρᾳ τότε τῶν — αὐτοκρατόρων εὐδοκιμοῦντος ἐπιπίπτειν τοιούτους διαλογισμοὺς γνησίοις καὶ σωφρονοῦσι τῶν στρατιωτῶν (sequuntur nonnulla de temporibus Marii et Sullae, Caesaris et Pompeji) — *ταῦτ' οὖν ὑπονοοῦσι τούς τε περὶ τὸν Κέλσον αἰσθανομένους ἐμβαλεῖν διατριβὴν ἐλπίζοντας ἄνευ μάχης καὶ πόνων κριθήσεσθαι τὰ πράγματα, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ὄθωνα φοβουμένους ἐπιταχῦναι τὴν μάχην.*

Tacit. c. 37. *Invenio apud quosdam auctores* pavore belli seu fastidio utriusque principis — *dubitasse exercitus num* posito certamine *vel ipsi in medium consultarent vel senatui permitterent, legere imperatorem. atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini* seq.

ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro discordia *bonum et innocentem principem* pro pessimis et flagitiosissimis *expetitum* ita neque Paulinum — sperasse tantam volgi moderationem reor, neque aut exercitus — aut duces nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem passuros, — non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones: nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint.

Quae proelia in Pado commissa inter Caecinam et Macrum Othonianis infausta Tacitus c. 34—36 accurate refert, earum etiam Plutarchus quanquam breviter et minus perspicue mentionem facit. Tum Tacitus c. 40—45. Plut. c. 11—13. proelium Bedriacense enarrant, cujus singula momenta persequi non alienum videatur:

De loco castrorum haec conferantur:

Plutarch. c. 11. *προήγαγεν αὐτὰς ὁ Πρόκλος ἐκ τῆ Βητριακῆ καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων οὕτως ἀπείρως καὶ καταγελάστως, ὥστε τῆς μὲν ὥρας ἐαρινῆς ὔσης, τῷ δὲ κύκλῳ πεδίων πολλὰ νάματα καὶ ποταμοὺς ἀεννάους ἐχόντων ὕδατος σπάνει πιέζεσθαι.*

Tacit. c. 39. *promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit adeo imperite, ut quanquam verno tempore anni et tot circum amnibus penuria aquae fatigarentur.*

De dubitatione utrum proelium ineundum sit:

Plutarch. c. 11. *Βουλόμενον προάγειν ὁδὸν οὐκ ἐλάττονα σταδίων ἑκατὸν οἱ περὶ τὸν Παυλῖνον οὐκ εἴων, ἀλλ' ᾤοντο δεῖν περιμένειν καὶ μὴ προπονεῖν ἑαυτοὺς μηδ' εὐθὺς ἐκ πορείας μάχην τίθεσθαι πρὸς ἄνδρας ὡπλισμένους καὶ παρατεταγμένους καθ'*

Tacit. c. 40. Confluentes Padi et Adduae 16 millium spatio distantes petunt Celso et Paulino abnuentibus *militem itinere fessum* sarcinis gravem objicere hosti, non admissuro, quominus expeditus et vix 4 milia passuum progressus aut incompositos

ἡσυχίαν — οὔσης δὲ — ἀντιλογίας ἦλθε παρ' Ὄθωνος ἱππεὺς τῶν καλουμένων Νομάδων γράμματα κομίζων κελεύοντα μὴ μένειν μηδὲ διατρίβειν, ἀλλ' ἄγειν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

in agmine aut dispersos et vallum molientes aggrederetur — *aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti jubebat,* aeger mora et spei impatiens.

In pugnae initio haec similia deprehenduntur:

Plutarch. c. 11. ὁ δὲ Κεκίνας πυθόμενος — ἦκεν εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡπλισμένων δ' ἤδη τῶν πολλῶν καὶ τὸ σύνθημα παραλαμβανόντων παρὰ τοῦ Ὀυάλεντος, ἐν ὅσῳ τὴν τάξιν διελάγχανε τὰ τάγματα τοὺς ἀρίζους τῶν ἱππέων προεξέπεμψαν.

Tacit. c. 41. *Caecina revectus in castra datum jussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit.* dum *legiones de ordine agminis sortiuntur equites prorupere.*

de consalutatione Othonianorum ab hostibus male excepta:

Plut. c. 12. ἐμπίπτει τοῖς — Ὄθωνος ἐκ δή τινος αἰτίας δόξα καὶ λόγος, ὡς μεταβαλλομένων τῶν Ὀυϊτελλίου στρατηγῶν πρὸς αὐτούς· ὡς ὧν ἐγγὺς ἦσαν ἠσπάσαντο φιλίως, συστρατιώτας προσαγορεύσαντες· ἐκείνων δὲ τὴν προσαγόρευσιν οὐκ εὐμενῶς, ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ καὶ φωνῆς πολεμικῆς ἀμειψαμένων τοῖς μὲν ἀσπασαμένοις ἀθυμία, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπόνοια κατὰ τῶν ἀσπασαμένων, ὡς προδιδόντων, παρέστη.

Tacit. c. 42. *Mentes falsum gaudium* in languorem *vertit repertis, qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur.* is rumor — seu dolo seu forte surrexerit parum compertum. *omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere et hostili murmure excepti plerisque suorum ignaris metum proditionis fecere.*

Levissime hanc rem attingit Suetonius, qui fraudi omnia tribuit et proelium Bedriacense his verbis absolvit c. 9: „proelio maximo apud Bedriacum fraude superatus est, quum spe colloquii facta quasi ad conditionem pacis militibus eductis ex improviso atque in ipsa consalutatione dimicandum fuisset.“ Quodsi huc referendum est illud, quod Tacitus c. 41 tradit, colloquium a duobus praetorianorum tribunis postulatum, plane discrepat in eo Tacitus, quod colloquium illud interruptum esse refert Othonianorum impetu, quos ita fraude superatos non posse dici sponte adparet. Consalutationis autem illius apud Tacitum longe alia est ratio, neque ullo modo cum colloquio illo conjuncta videtur, sed post prima proelii initia demum esse coorta. Ceterum aut Suetonius temeraria fere ratione prout libebat res composuit, aut alium prorsus auctorem secutus est, ac Plutarchus et Tacitus. Et fuisse quidem, qui rem ita ut Suetonius narrarent, non omnino a vero abhorrere videtur, si componuntur ea, quae apud Tacitum de colloquio tribunorum, apud Tacitum et Plutarchum de consalutatione Othonianorum, et de sententia eorum reperiuntur, qui dubitasse exercitus referant, num posito certamine in medium consultarent novo imperatore deligendo. (Tacit. II, 37. Plut. Oth. 9.) Nonne verisimile videatur, fuisse, quanquam paucissimos in exercitu saltem Othoniano, qui ita componi bellum tristissimum cuperent? Nonne Marius et Celsus post proelium idem agunt Cfr. Plut. c. 13.? Quid impedit, quo minus Celsus, Gallus, Paullinus in medio [1]) inter Othonem et Vitellium positi idem agitaverint, quod post

1) Cfr. Tacit. I, 50. duos omnium mortalium impudicitia ignavia luxuria deterrimos velut ad perdendum imperium fataliter electos — palam maerere — pro Othone an pro Vitellio in templa ituros? utrasque impias preces, utraque detestanda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore, qui vicisset.

Vitellii victoriam Caecina et Lucilius Bassus ad Vespasianum transgressi (Tacit. II, 100 et 101.)? De impedimentis, quae Othonianis pugnantibus obstabant:

Plut. c. 12. πολλὴν ἀταξίαν τὰ σκευοφόρα τοῖς μαχομένοις ἐμπλαζόμενα παρεῖχε, πολλὰς δὲ τὰ χωρία διασπασμὰς ἐποίει τάφρων ὄντα μεστὰ καὶ ὀρυγμάτων — ἠναγκάζοντο φύρδην καὶ κατὰ μέρη πολλὰ συμπλέκεσθαι.

Tacit. c. 41. apud *Othonianos mixta vehicula et lixae et praeruptis utrinque fossis via — angusta.* c. 42. cominus eminus *catervis et cuneis concurrebant.*

de ipsa pugna duarum legionum:

Plut. c. 12. Δύο λεγεῶνες — ἐπίκλησιν ἡ μὲν Οὐϊτελλίου τε Ἅρπαξ, ἡ δὲ Ὄθωνος Βοηθὸς εἰς πεδίον ἐξελίξασαι ψιλὸν καὶ ἀναπεπταμένον — ἐμάχοντο πολὺν χρόνον· οἱ μὲν ἂν Ὄθωνος ἄνδρες ἦσαν εὔρωστοι καὶ ἀγαθοὶ, πολέμια δὲ καὶ μάχης τότε πρῶτον πεῖραν λαμβάνοντες· οἱ δὲ Οὐϊτελλίου πολλῶν ἀγώνων ἔμπειροι, ἤδη γεραιοὶ καὶ παρακμάζοντες· ὁρμήσαντες οὖν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ὄθωνος, ἐώσαντο καὶ τὸν ἀετὸν ἀφείλοντο, πάντας — τὰς προμάχους ἀποκτείναντες· οἷδ' ὑπ' αἰσχύνης καὶ ὀργῆς ἐμπεσόντες αὐτοῖς τόν τε πρεσβευτὴν τῆ τάγματος Ὀρφίδιον ἔκτειναν, καὶ πολλὰ τῶν σημείων ἥρπασαν.

Tacit. c. 43. Forte — *patenti campo duae legiones congressae sunt pro Vitellio unetvicesima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis; e parte Othonis prima Adjutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida. primani stratis* unetvicesimanorum *principiis aquilam abstulere;* quo *dolore accensa legio et impulit rursus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit.*

auxilium recens Vari Alfeni cum Batavis accurrentis (c. 43.) etiam Plut. c. 12 fin. affert. De praetorianorum virtute aliter judicat Tacitus c. 44, qui eosdem non fractos, truces, ad iram saepius quam ad desperationem stimulatos dicit, quos turpissime omnium pugnasse neque usquam restitisse sed fuga ceteris pavorem injecisse narrat Plut. c. 12 fin. Eadem quae praetorianos frementes facit Tacitus c. 44, apud Plut. c. 13, Annius Gallus ad exhortandos milites profert, *ὡς πολλοῖς κεκρατηκότας μέρεσι τῶν πολεμίων.*

Deditionem Othonianorum, quae pugnam sequebatur, accuratius exponit Plut. c. 13, quomodo facta sit inprimis auctoribus Mario Celso, Annio Gallo, Caecina, referens, quam Tacitus c. 45, qui ducum opera praetermissa ad voluntatem exercitus Othoniani omnia refert. In fine eadem apud utrumque:

Plut. c. 13. καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐξῆεσαν καὶ ἀνεγμίγνυντο τοῖς προσήκουσι — φιλοφροσύναι καὶ δεξιώσεις ἦσαν.

Tacit. c. 45. *patuit vallum* victi victoresque in lacrymas effusi — iisdem tentoriis volnera fovebant. seq.

De ingenti mortuorum multitudine quaedam inveniuntur apud Dionem c. 10, qui numerum affert: *τέσσαρες μυριάδες ἑκατέρωθεν ἐν ταῖς μάχαις πρὸς τῇ Κρεμώνῃ γενομέναις ἔπεσον*, apud Plutarchum c. 14 narratione viri consularis, qui tum cum Othone fuerat, multitudo illustratur, causaque cur tot ceciderint adjicitur, quae etiam apud Tacitum c. 44 reperitur: „neque enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur.“

Sequitur jam mors Othonis Plut. c. 15—17. Tacit. c. 46—50. Sueton. c. 9. 10 et 11 de qua etiam apud Dionem c. 11—15. plurima exstant, qui Taciti et Plutarchi exemplo orationem ab Othone habitam inserit.

De nuncio pugnae Othoni allato diversa reperimus apud Dionem cum Suetonio et apud Plutarchum cum Tacito. Quum enim hi nuncium fama et profugis sauciisque allatum Othoni consentiant:

Plut. c. 15. *πρῶτον μὲν ἀσαφὴς προσέπεσε λόγος — ἐπεὶ δὲ τετρωμένοι τινὲς ἦκον — ἀπαγγέλλοντες* etc.

Tacit. c. 46. moesta primum fama, dein profugi — perditas res patefaciunt.

Suetonius et Dio a milite, qui, ut fidem faceret, se ipsum interfecerit, nuncium allatum esse contendunt; et Suetonius quidem testem affert patrem suum tum tribunum militum:

Dio. c. 11. *ἤγγειλε μὲν ἱππεύς τις τὸ πάθος τῷ Ὄθωνι· καὶ ἐπειδή γε ἠπιστεῖτο πρὸς τῶν παρόντων καὶ οἱ μὲν δραπέτην οἱ δὲ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἀπεκάλων, „εἴθε γάρ,“ ἔφη, „ψευδῆ ταῦτα“* etc. *καὶ ὁ μὲν — ἑαυτὸν διεχρήσατο.*

Suet. c. 10. — *Manipularis militis,* qui quum cladem exercitus nunciaret, *nec cuiquam fidem faceret* ac *nunc mendacii nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur, gladio* ante pedes ejus *incubuerit.* Hoc viso proclamasse eum, non amplius se in periculum tales tamque bene meritos conjecturum.

Simillimam narrationem de Vitelliano milite habet Tacitus 3, 54.

Continuo Tacit. (c. 46) et Plutarchus (c. 15) militum adfectus post cladem nunciatam ardoremque eorum et fidem referunt, de quibus etiam Sueton. c. 9 fin. et Dio Cass. c. 14 post orationem habitam ab Othone similia adjungunt:

Plut. c. 15. *τὸ τῶν στρατιωτῶν πάθος πᾶσαν ὑπερέβαλε πίστιν — χειρῶν ἥπτοντο, προσέπιπτον, ἐδάκρυον, ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν, μὴ προδῶναι τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ χρῆσθαι καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν ὑπὲρ αὐτοῦ.*

Tacit. c. 46. non exspectavit militum ardor vocem imperatoris — ipsos extrema passuros ausurosque. qui procul adstiterant *tendere manus* et proximi *prensare genua* — praefect. praetorii orabat, *ne* fidissimum *exercitum* ne optime meritos milites *desereret.*

Dio. c. 11. *ἔκλαιον ἐθρήνουν πατέρα τε ἀναλαβόντες καὶ παίδων καὶ γονέων φίλτερον ὀνομάζοντες. — Ἐν σοὶ καί ἡμεῖς σωζόμεθα καὶ ὑπὲρ σοῦ πάντες ἀποθανούμεθα.*

Suet. 9. ne victis quidem adeo afflictis, ut non in ultionem ignominiae quidvis discriminis ultro subirent.

Consilium mortis statim post nuncium pugnae captum, de quo omnes consentiunt, militibus aperuit Otho oratione habita apud Dionem c. 13, Tacitum c. 47, Plut. c. 15. Hae orationes, more scriptorum immixtae, non ea continent, quae Otho sensit aut dixit, sed quae sensisse aut dixisse eum verisimile est. Commentationes sunt rhetoricae, quae in eo omnes consentiunt, quod, quantopere detestetur bellum civile, Otho affirmat. *Μισῶ πολέμιον ἐμφύλιον κἂν κρατῶ* Dio. *Ῥωμαίοις πολεμοῦντες ἀμφότεροι τὴν πατρίδα καὶ νικῶντες ἀδικοῦμεν καὶ νικώμενοι.* Plut. Civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis initium illic fuit; ne plus quam semel certemus penes me exemplum erit. Tacitus. De quo etiam comparanda quae supra memoravimus Dio. c. 10 Sueton c. 10, quo loco Suetonius patris testimonio utitur, ut quantopere detestatus sit Otho arma civilia, probet. Taciti oratio sententiosa est et in eo praecipue versatur, ut mortem Othoni et gloriosam et ne fortissimos milites ultra periculis objiciat conscisci probet. Plutarchus et Dio id maxime verbis exornant, quod Otho pro patria se devovet: *δεῖ με τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀφειδεῖν — ἐπιδοὺς ἐμαυτὸν ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας* Plut. Apud Dionem verba habent nescio quid indolis christianae, quae in his verbis inest:

κρεῖττον, καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων, ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι — τοιοῦτον αὐτοκράτορα ἕλεσθε, ὅστις οὐχ ὑμᾶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀλλ' ἑαυτὸν ὑπὲρ ὑμῶν δέδωκεν. Itaque se Mucii, Decii, Curtii, Reguli similem potius fore, quam Marii, Cinnae, Sullae jactat. Milites respondent apud Dionem: ἐν σοὶ καὶ ἡμεῖς σωζόμεθα — καὶ ὑπὲρ σοῦ πάντες ἀποθανούμεθα. Aut in ipsa oratione aut statim post orationem habitam hortatur suos Otho, „ut abirent, neu iram victoris asperarent“ Tacit. 48, ὑμεῖς μὲν πρὸς τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε καὶ ἐκεῖνον θεραπεύετε Dio. c. 13, τοιαῦτα διαλεχθεὶς τοῖς φίλοις ἐκέλευεν ἀπαλλάττεσθαι seq. Plut. 16, cohortatus ut sibi quisque pro facultate consuleret ab amplexu et osculo suo dimisit omnes Suet. c. 10.

Inter eos, quos consolatus sit Otho et cohortatus, memorant Plutarchus et Tacitus Salvium Coccejanum (Κοκκήϊον Plutarchus) fratris filium, Suetonius fratrem fratrisque filium. Plutarchus et Tacitus in ipsis verbis, quibus cohortatus sit Otho trepidum illum et moerentem adolescentem, consentiunt, quanquam Plutarchus plura etiam habet et copiosior est:

Plut. c. 16. προσαγόμενος δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν, ἔτι μειράκιον ὄντα θαρρεῖν παρεκάλει καὶ μὴ δεδιέναι Οὐϊτέλλιον, ὃς καὶ μητέρα καὶ γενεὰν καὶ γυναῖκα αὐτὸς ὥσπερ οἰκείων κηδόμενος διαφυλάξαι — ἐκεῖνο δ', εἶπεν, παρεγγυῶμαί σοι τελευταῖον, μητ' ἐπιλαθέσθαι παντάπασιν, μήτ' ἄγαν μνημονεύειν, ὅτι Καίσαρα θεῖον ἔσχες.

Tacit. c. 48. mox Salvium Coccejanum *fratris filium, prima juventa,* trepidum et moerentem *ultro solatus est* — castigando formidinem: an *Vitellium tam immitis* animi fore ut *pro incolumi tota domo* ne hanc quidem sibi gratiam redderet? — neu *patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur unquam aut nimium meminisset.*

Morti intentum suis consuluisse etiam concrematis epistolis et pecunia divisa referunt Tacitus Suetonius Plutarchus:

Plut. c. 17. φιλοφρονούμενος διένεμε τῶν χρημάτων, τῷ μὲν πλέον τῷ δ' ἔλαττον, οὐχ ὥσπερ ἀλλοτρίων ἀφειδῶν, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ μέτριον ἐπιμελῶς φυλάττων.

Tacit. c. 48. *libellos epistolasque* studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes *abolet, pecunias distribuit parce, nec ut periturus.*

Suet. c. 10. *Quidquid deinde epistolarum* erat, ne cui periculo aut noxae apud victorem forent, *concremavit;* divisit et pecunias domesticis ex copia praesenti.

Suetonius etiam binos codicillos eum exarasse narrat.

Tumultum militum, qui discedentes corripere quasi desertores et detinere coeptabant, ab Othone supremas curas volutante sedatum dicunt Plutarchus, Tacitus, Suetonius:

Plut. c. 16. Ἦκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύραις· οἱ γὰρ στρατιῶται τῶν συγκλητικῶν τοῖς ἀπιοῦσι διεπείλουν ἀποσφάξειν, εἰ μὴ παραμενοῦσιν, ἀλλ' οἰχήσονται τὸν αὐτοκράτορα ἀπολιπόντες· πάλιν οὖν προῆλθε καὶ τὰς στρατιώτας τραχὺς ὀφθεὶς ἀπελθεῖν ἐποίησεν ἐξύοντας καὶ διατρέσαντας.

Tacit. c. 49, *supremas curas volutantem repens tumultus avertit* nunciata licentia militum. *namque abeuntibus exitium minitabantur — increpitis seditionis auctoribus regressus.* vacavit alloquiis, donec omnes inviolati discederentur.

Suet. c. 11. Ita *intentus morti, tumultu — exorto, ut eos qui discedere et abire coeptabant corripi quasi desertores detinerique sensit:* Adjiciamus, inquit, vitae et hanc noctem, his ipsis totidemque verbis, *vetuitque vim cuiquam fieri.*

Apparet Suetonii hanc esse sententiam, quasi Otho illo ipse die mortem sibi illaturus seditione illa commotus sit, ut noctem adjiciat vitae; de quo nihil est apud ceteros scriptores.

De vespere et nocte, quae mortem praecessit, haec congrua inveniuntur in Plutarcho, Tacito, Suetonio:

Plut. c. 17. ἤδη ἑσπέρας ἄσης ἐδίψησε καὶ πιὼν ὀλίγον ὕδατος, δυεῖν ὄντων αὐτῷ ξιφῶν, ἑκατέρᾳ κατεμάνθανε τὸ σπάσμα πολὺν χρόνον καὶ τὸ ἕτερον ἀπέδωκε, θάτερον εἰς τὰς ἀγκάλας ἀναλαβών etc. — τὸ λοιπὸν ἀνεπαύετο τῆς νυκτὸς, ὥστε τὴς κατευναστὰς αἰσθάνεσθαι βαρέως αὐτῷ καθεύδοντος.

Tacit. 49. *vesperascente die sitim haustu gelidae aquae sedavit. tum adlatis pugionibus quum utrumque pertentasset alterum capiti subdidit — noctem quietam, utque affirmatur, non insomnem egit.*

Suet. 11. *post hoc sedata siti gelidae aquae potione arripuit duos pugiones et explorata utriusque acie quum alterum pulvino subdidisset,* foribus adopertis *artissimo somno quievit.*

addit Plutarchus luce prima expergefactum somno Othonem libertum vocasse et percontatum, quomodo discedentes se habuissent, dimisisse; deinde accuratius, quam ceteri, mortem ipsam describit:

Plut. c. 17. τὸ ξίφος ὑποζήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν καὶ περιπεσὼν ἄνωθεν, ὅσον ἄπαξ στενάξαι μόνον ἤσθετο τῇ πόνῳ καὶ τοῖς ἐκτὸς αἴσθησιν παρέσχεν — καὶ μετὰ βοῆς οἱ στρατιῶται εἰσέπεσον ἐπὶ τὰς θύρας καὶ ὠλοφύροντο etc.

Tacit. c. 49. *luce prima in ferrum pectore incubuit. ad gemitum morientis ingressi liberti servique* unum vulnus invenere.

Suet. c. 11. et *circa lucem demum* expergefactus uno se *trajecit ictu* infra laevam papillam, *irrumpentibusque* ad *primum gemitum* modo celans modo detegens plagam exanimatus est seq.

Dio. c. 15. ἐς τὸ δωμάτιον ἀνεχώρησε καὶ τι ξιφίδιον λαβὼν ἑαυτὸν διεχρήσατο.

De funere Othonis militumque studiis in eo exhibitis quatuor illi idem fere narrant:

Plut. c. 17. καὶ πυρὰν κατασκευάσαντες ἐξεκόμιζον ἐν τοῖς ὅπλοις οἱ φθάσαντες ὑποδῦναι καὶ βαστάσαι τὸ λέχος ἐπιγαυρώμενοι. Τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν τὸ τραῦμα κατεφίλουν προσπίπτοντες, οἱ δ' ἥπτοντο τῶν χειρῶν, οἱ δὲ προσκύνουν πόρρωθεν· ἔνιοι δὲ ἑαυτὲς ἀπέσφαξαν, οὐδὲν ἐκδήλως οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τῦ τεθνηκότος, οὔτε πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τῦ κρατῆντος δεδιότες.

Tacit. c. 49. *funus maturatum. id* ambitiosis precibus *petierat,* ne amputaretur caput — *tulere corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrymis volnus manusque ejus exosculantes. quidam militum juxta rogum interfecere se non* noxa neque *ob metum* sed aemulatione decoris et caritate principis. ac postea promisce celebratum id genus mortis.

Suet. c. 11. *celeriter funeratus (nam ita praeceperat) — c. 12. Multi praesentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes jacentis exosculati — ibidem statim nec procul a rogo vim suae vitae attulerunt.* multi et absentium, accepto nuncio, prae dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt.

Dio. c. 15. καὶ αὐτῦ τὸ σῶμα οἱ στρατιῶται ἀνείλοντο πενθοῦντες καὶ ἔθαψαν καί τινες ἑαυτὲς ἀπέσφαξαν αὐτῷ.

Sepulcrum, quod secundum Tacitum ei exstructum est, „modicum, et mansurum“ Plutarchus c. 18 se ipsum vidisse narrat. „Οὔτε μεγέθει σήματος οὔτ' ἐπιγραφῆς ὄγκῳ τὸν τάφον ἐποι-

ησαν ἐπίφθονον· εἶδον δ' ἐν Βριξίλῳ γενόμενος μνῆμα μέτριον καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἔτως ἔχουσαν etc.“ Suetonius ejusdem lapidis „memoriae Othonis inscripti“ mentionem facit Vit. c. 10.

De vita et morte Othonis similibus sententiis judicant Plutarchus, Suetonius, Tacitus, Dio:

Plut. c. 18. *ἀπέθανεν — ἀπολιπὼν μὴ χείρονας μηδ' ἐλάττας τῶν τὸν βίον αὐτῷ ψεγόντων τὰς ἐπαινέντας τὸν θάνατον.*

Tacit. c. 50. duobus facinoribus altero flagitiosissimo, altero egregio tantundem apud posteros meruit bonae famae, quantum malae.

Suet. c. 12. magna pars hominum incolumem gravissime detestata mortuum laudibus tulit.

Dio. c. 15. *Κάκιστα μὲν ἀνθρώπων ζήσας κάλλιστα ἀπέθανεν.*

Adjungantur etiam illa, quae secundum Tacitum et Plutarchum Verginio Rufo post mortem Othonis acciderunt, similiter narrata:

Plutarch. c. 18. *Οὐεργινίῳ δὲ Ῥέφῳ πράγματα παρεῖχον ἅμα τοῖς ὅπλοις ἐλθόντες ἐπὶ τὴν οἰκίαν καὶ κελεύοντες ἄρχειν ἢ πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν· ὁ δὲ — ἔλαθε δι' ἑτέρων θυρῶν ἐκποδὼν ποιήσας αὑτόν.*

Tacit. c. 51. Ad *Verginium versi* (milites) modo ut *reciperet imperium, nunc ut legatione fungeretur, minitantes orabant. Verginius per aversam domus partem furtim degressus irrumpentes frustratus est.*

Quatuor illi scriptores omnino ita consentiunt in iis, quae de ingenio et moribus, de imperio, de vita et morte Othonis referunt, ut vitam flagitiosam morte honesta illum finivisse concedant. Etiam singula reperiuntur, aequaliter ab omnibus narrata. Haec sunt ea, quae de revocata memoria Neronis p. 22, de seditione praetorianorum palatium irrumpentium pag. 24, de litteris inter Othonem ultro citroque missis pag. 26, de militum adfectu post pugnam Bedriacensem p. 33, de morte et funere Othonis p. 35 et 36 leguntur. Eodem pertinet judicium illorum post mortem additum.

Ceterum scriptores illi in duas quasdam partes videntur discedere. Quanquam enim non modo sua quisque habet propria et singularia, ut Plutarchus est diligentissimus in enarranda morte Othonis (c. 17), et in enarrandis iis quae ad deditionem Othonianorum pertinent (c. 13), Tacitus in omni bello Othonis et Vitellii, urbanisque Othonis actis (I, 77—90) exponendis, Suetonius in afferendis iis, quae ad vitam privatam, consuetudinem et morem vivendi, familiam, corporis habitum pertinent curiosissimus, Dio autem maxime premit atque exornat licentiam corruptorum ab Othone militum eorumque erga Othonem studia, sed etiam singuli cum singulis passim congruunt, ut Suetonius c. Plutarcho (p. 30) de impatientia Othonis et militum ardore, Plutarchus cum Suetonio et Tacito de germanicarum legionum defectione p. 26, de infaustis ominibus ante profectionem Othonis p. 27, de omni consilio belli p. 29, de pecuniis ante mortem ab Othone divisis pag. 34, de tumultu militum Othonianorum ante mortem Imperatoris p. 34, de vespere et nocte, quae mortem praecesserunt pag. 35 — tamen longe maxima est Taciti cum Plutarcho praesertim in ipsis verbis consensio, neque levis videtur esse Dionis et Suetonii similitudo. Nimirum Dio et Suetonius habent inter se communia, quae omina ineunti imperium Othoni obtigerint (p. 30), deinde quomodo vim Galbae illatam coram senatu purgaverit Otho (p. 22), tum Othonem Vitellio consortium imperii obtulisse ante belli initium (p. 26), praeterea breviter uterque et tenuissimo modo proelia, commissa narrant, denique quantopere Otho abhorruerit a bellis civilibus gravissime monent (p. 29), postremo eodem modo eum nuncium cladis accepisse

(p. 33) referunt. Ex his nescio an liceat conjicere, Dionem inprimis ante oculos habuisse aut Suetonium aut, quos Suetonius potissimum secutus sit, rerum gestarum scriptores.

Multo etiam magis elucet consensus Taciti et Plutarchi, qui quum in rebus et in ordine rerum narrandarum maxime consentiant, plurima etiam iisdem verbis referunt, id quod in componendis rebus typorum forma etiam expressimus. Haud alienum erit locos colligere, in quibus verba ita mirum in modum congruunt. Iisdem verbis usi Tacitus et Plutarchus narrant: beneficia ab Othone imperium ingresso tributa (p. 22), veniam Mario Celso datam (p. 23), seditionem praetorianorum, palatia inter coenam imperatoris irrumpentium (p. 24 et 25), litteras inter Othonem ac Vitellium ultro citroque missas (p. 26), initia motus Vitelliani, in quibus exponendis de „speciosis senatus populique romani nominibus“ uterque mire consentiunt (p. 26 seq.), omina et prodigia, profecturo in bellum Otbone facta (p. 27), profectionem Othonis et comites (p. 27), Caecinae et uxoris habitum et vestitum in itinere (p. 28), Titiani et Proculi potentiam in imperio gerendo (p. 28), consultationem de consilio belli gerendi et proelii committendi (p. 29), judicium de Othone, qui Brixillum secesserat, sententias illas de consensu exercituum ad novum imperatorem eligendum allatas (p. 30), locum iniquum castris captum (p. 30), Othonis jussum ut proelium iniretur, aciem instructam, militum consalutationem (p. 31), congressum duarum legionum (p. 32), causam cur tot ceciderint (p. 32), nuncium cladis Othoni allatum (p. 33), consolationem Cocceji (p. 34), distributionem pecuniae ante mortem ab Othone factam (p. 34), tumultum a militibus excitatum (p. 35), vesperem noctemque ante mortem transactam (p. 35), in quibus etiam Suetonii verba congruunt, denique sepulcrum Othoni exstructum, Virginiique Rufi post mortem Othonis periculum et salutem (p. 36). [1])

In dicendi genere Plutarchus a Tacito non ita modo differt, ut diversa linguae graecae et latinae indoles adpareat, sed etiam, ut supra in Galbae vita comparanda diximus, ut garrula quaedam verborum ubertas mire opponatur Taciti orationi gravi, concisae, brevi. Haec evidentissime probantur, si compares, ut nonnulla exempla afferam inprimis clara, pecuniae distributionem ab Othone factam (p. 34), litteras Othonis Vitelliique ultro citroque datas (p. 26), prodigia in profectione Othonis (p. 27), pugnam duarum legionum (p. 32), consolationem Cocceji, p. 34, sepulcrum Othonis (p. 35 et 36) Virginii periculum et salutem (p. 36). In his omnibus non nova quaedam habet Plutarchus, quae Tacitus non habeat, sed eadem, verbis aucta et exornata, ut omne discrimen ad genus dicendi referatur. Consensus tamen eo maxime adparet, ut semper fere verba, quae sunt *gravissima*, apud utrumque eadem occurrant. — Praeterea etiam diversitas quaedam Taciti et Plutarchi invenitur, quae ad res ipsas pertinet, ut, quod supra memoravimus, Plutarchus accuratior sit in narranda deditione Othonianorum, morte Othonis, consolatione Cocceji perhibenda, in quibus nova quaedam a Plutarcho afferuntur, contra Tacitus, multo diligentior in

1) Quod Heeren de fontibus et auctoritate vitarum Plutarchi p. 189 dicit „quae Plutarchus communia habet cum Tacito et pauca sunt et plerumque paulo aliter et copiosius quam a Tacito exposita. Longe plurima solus sibi vindicat Plutarchus“ id quomodo probare possit equidem non video. Quae ex Galbae et Othonis vita attuli exempla satis docent, permulta Plutarcho communia esse cum Tacito, nonnulla illum paullo aliter pleraque copiosius enarrare, paucissima vero solum sibi vindicare. Heeren utrumque leviter percurrisse videtur, accuratius non comparavit.

ordine belli exponendo, consiliis ducum persequendis, proeliis ad Placentiam, in Pado describendis.

Discrepat etiam uterque in nonnullis rebus levioribus, ut in seditione militum (p. 24), in judicio de praetorianorum virtute (p. 32), de culpa Paullini (p. 28), de Othonianorum et Vitellianorum consensu ad novum imperatorem deligendum (p. 30), in perhibendis intervallis quibusdam, (p. 30), quum numerus pecuniae praetorianis post seditionem distributae mire congruat apud Tacitum (I, 82, quina milia nummum) et Plutarchum, c. 3 (1250 δραχμαὶ).

His omnibus, quae rationem inter Tacitum et Plutarchum intercedentem illustrant, compositis non nimis mihi videor audere, si mirum illum in dictis factisque consensum ad eandem referam auctoritatem, ut aut alter alterum secutus sit auctorem, aut uterque ex eodem fonte res a se narratas hauserint. Suetonius certe, quanquam in summa rerum praesertim in morte Othonis describenda consentiens, ut supra demonstravimus, secernendus videtur ab iis et suam quandam peculiarem viam ingressus, tum propter omne scribendi consilium ad personas et privatas res imperatorum pertinens, tum quia plurima habet propria, quae in ceteris aut non relata aut alio modo relata inveniuntur. Talia sunt, praeter ea, quae cum Dione communia supra retulimus, quae singularia referuntur de patre et origine Othonis (c. 1), de flagitiosa juventute Othonis (c. 2), de aere alieno et corruptione militum, quo loco summa pecuniae enumeratur (c. 5), de primo consilio Galbam aggrediendi (c. 6), de excusatione febris cum a Galba discederet (c. 6), de pecunia ad peragendam auream domum decreta (c. 7), de matrimonio cum filia Vitellii ineunda (c. 8), de causa seditionis praetorianorum (c. 8), de prodigiis in bellum profecturo Othone (c. 8), de causa cladis ad Bedriacum acceptae (c. 9), de codicillis, quos ante mortem exaraverit (c. 10), de dilato mortis consilio (c. 11), de ipso ictu mortifero (c. 11 infra laevam papillam), de habitu et cultu corporis c. 12. Adjiciamus quae dicta et versus, quibus facta maxime significantur et illustrantur, prae ceteris affert Suetonius, qualia inveniuntur c. 1. 3. 5. 6. 7. 10. 11. 12. Quodsi igitur Plutarchi et Taciti consensum licet ad eandem referre auctoritatem, eodem jure videmur Suetonii dissensum et diversitatem in dictis factisque enarrandis cum alia quadam, quam ille secutus sit, auctoritate conjungere.

Itaque reliquum est, ut haec duo exploremus, primo, quaenam sit illa auctoritas, quae valet in Tacito et Plutarcho, deinde quem auctorem secutus sit Suetonius. Et illa quidem quaestio statim in duas dividitur partes, quae in eo versantur, ut inquiramus, utrum verisimile sit, Plutarchum Taciti aut Tacitum Plutarchi auctoritatem secutum esse, an primo loco alia quaedam auctoritas sit ponenda, cujus e fonte manaverint, quae apud utrumque legimus relata.

Neque in Plutarcho Taciti neque in Tacito Plutarchi fit ulla mentio; quod propterea minus mirum videatur, quod omnino antiqui rerum scriptores de fontibus, e quibus res hauriebant, paucissima admodum verba faciant, nisi sint summae auctoritatis et longo annorum spatio quasi venerabiles, qualis Homerus, aut tabulae duodecim, aut Cato, aut Julius Caesar, etc. Scilicet non ita historias scribebant antiqui, ut nostrates, qui diligentissimi sunt in conquirendis monumentis historiae omnis generis, enumerandisque, quibus quaeque nituntur, auctoribus. Aut enim res illi narrabant a se ipsis visas et auditas, ut Herodotus, Thucydides, Jul. Caesar, Sallustius, Tacitus, aut si non ipsi rebus interfuissent, ad eos confugiebant, qui habebantur auctores locupletissimi, e quibus quae sibi maxime probarentur, deligebant, minus fere inquirentes, quid firmis niteretur fundamentis, quam quid sibi

videretur aut verisimile, aut ad consilium, quod habebant propositum, utile, [1]) aut ad artem componendae historiae elegans atque ornatum. Ita Tacitus quidem [2]) in historiis et annalibus saepius memorat „auctores quosdam“ (hist. II, 37), „scriptores temporum“ (II, 101), „omnes auctores“ (III, 29), „celeberrimos auctores“ (III, 51), „quidam tradidere“ (III, 54), „alii tradiderint“ (III, 22), „veteres auctores“ (V, 6), ex quo apparet habuisse Tacitum in scribendis historiis auctores plurimos et celeberrimos. Sed nomina auctorum, quae in hujus aetatis ratione historias conscribendi plurimum valent, rarissime affert, ut hist. III, 28 C. Plinium et Vipstanum Messallam, et Vipstanum Messalam III, 25, qui etiam III, 9 laudatur; eodem modo Cluvium Rufum aliquot locis memorat, ut virum pacis artibus clarum I, 8 et facundum IV, 43. cfr. annal. XIII, 20. XIV, 2, quibus locis annalium Tacitus, quae Cluvius, Fabius Rusticus et C. Plinius prodiderint inter se comparat, se consensum auctorum sequi affirmans, quae diversa prodiderint sub nominibus ipsorum traditurum. Idem ille Cluvius Rufus, comes et sectator Vitellii (I, 76. II, 58. 65. III, 65) hoc ipso loco testis est pactionis inter Sabinum et Vitellium factae. In historiis quidem Tacitus illius auctoritatem se secutum esse nusquam memorat. Ne acta quidem illa, sive senatus, sive publica, de quibus conferatur Suetonius Caes. 20, quorum in annalibus saepius mentionem facit Tacitus (V, 4. XVI, 22. III, 3), in historiis plus semel commemorat, si quidem eo referendi sunt commentarii principales IV, 40 allati, quorum potestatem imperator senatui faciebat. Ceterum, quantum Taciti interfuerit, ut omnia diligenter exploraret et verissima ubique deligeret, si non satis eluceret, ex loco illo Annalium XIII, 20, at certe nemini dubium esse potest, qui epistolas illas de eruptione Vesuvii et morte C. Plinii (Plin. epist. VI, 16. 20) legerit.

